


**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Rituale Sive Obsequiale Ecclesiae Et Dioecesis  
Constantiensis**

**Constantiae, 1686**

[urn:nbn:de:bsz:31-132849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-132849)



064 A 9 R

— **Rituale** sive obsequiale ecclesiae dioecesis Constantiensis. Celsissimi ac reverendissimi . . . Francisci Joannis . . . Mit 2 Holzschnitten, Holzschnittvign., figürl. Initialen und Noten. Text in rot und schwarz. Konstanz, Dav. Hautt, 1686. 4°. Holzdeckelldrbd. d. Zt. mit reicher Blindprägung und 2 Schließenresten. 4 nn. Bl., 372 SS. ~~130.-100.-~~

96

4 m. Bl. 372 55  
2 Holzschnitte col. v.

ac: reveren-  
t. Initialen und  
Kleinbild, d. Zt.  
130.

R

O B

ECC

CELSA  
s.

+  
FR

DEI E  
Epi

Ext

**RITUALE**  
S I V E  
**OBSEQUIALE**  
**ECCLESIAE ET DIOECESIS**  
**CONSTANTIENSIS.**

*CELISSIMI AC REVERENDISSIMI*  
*S. R. I. PRINCIPIS AC DOMINI DOMINI*

<sup>+</sup>  
**FRANCISCI IOANNIS**

DEI ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA,  
Episcopi Constantiensis, Domini Augiæ Ma-  
joris, & Oeningæ, &c.



**CONSTANTIAE,**  
Ex Typographia Episcopali apud Davidem Hautt,  
**M. DC. LXXXVI.**

AK

064 A 9 R



Zθ

FR  
I  
DEI  
GRATI  
S. R. I. I.



torum,  
utilius,  
que Ec  
cum ad  
lium, se  
dus & f  
lice Sac  
esse pen  
na mult

# FRANCISCUS IOANNES

DEI ET APOSTOLICÆ SEDIS  
GRATIA EPISCOPUS CONSTANTIENSIS  
S. R. I. PRINCEPS, DOMINVS AVGIÆ MAIORIS  
ET OENINGÆ, &c.

Clero suo Salutem.



Astoralis Nostri Officij sollicitudo Nos admonet, ut Ecclesiæ & Dicecesi Nostræ opportunis rationibus, & medijs, quantum cum Domino possumus, in omnibus provideamus, præcipuè verò in ijs, quæ Sacramentorum, utpote quibus Ecclesia Dei nihil sanctius, nihil utilius, nihil dignius habet, administrationem, aliasque Ecclesiasticas functiones concernunt. Quare cum ad Nostras aures delatum fuerit, librorum Ritualium, seu Obsequialium ( ut vocantur ) in quibus modus & forma solemniter ritu sacrosancta Ecclesiæ Catholicæ Sacramenta administrandi præscribitur, magnam esse penuriam, eo quod longo usu & temporum injuria multa Exemplaria olim impressorum perierint, &

★ 2

in

in Curia Nostra Episcopali nulla ferè supersint, inde-  
 que varia incommoda, multæque inordinationes faci-  
 le oriri possent, idcirco Nos huic malo tempestivè oc-  
 currere, & occasionem, ne alieni sive peregrini ritus &  
 cæremoniæ in administratione Sacramentorum, alijs-  
 que Ecclesiasticis functionibus in hâc nostra Diœcesi  
 inducantur, aut adhibeantur, præcludere volentes,  
 præsens Obsequiale seu Rituale prælo excudi manda-  
 vimus. Et licet non ignoremus, hoc nostrum Rituale  
 cum Rituali Romano per omnia non convenire, quia  
 tamen pro plerisque Diœcesibus propriæ exstant Agen-  
 dæ, & ante hoc editum hujus Diœcesis Obsequiale sal-  
 tem in substantialibus à Romano non discrepat, ideò  
 ad confusiones & oblocutiones præsertim in locis, ubi  
 Catholici cum hæreticis mixti vel ijs valdè vicini vi-  
 vunt, evitandas, maluimus Prædecessoris Nostri fel.  
 rec. S. R. E. Cardinalis Andree de Austria nuncupati  
 vestigijs, quantum fieri potuit, inhærere, & eodem or-  
 dine ac modo, quo hætenus observatum, uti; paucis  
 tamen in quibusdam locis circa accidentalia mutatis,  
 & ritui Romano conformatis, ampliando nempe rub-  
 ricas, quibus clariùs explicatur, qualiter sacrosancta  
 Ecclesiæ Dei Sacramenta religiosius ac decentius di-  
 spensari, aliæque functiones Ecclesiasticæ peragi de-  
 beant, addendo in fine nonnullas in veteri Obsequiali  
 seu

seu Benc  
 rum for  
 vandos.  
 Rectore  
 Animar  
 admini  
 hortam  
 mus, q  
 Ritual  
 cæremo  
 fervent,  
 ant, eru  
 omnium  
 Opt. Ma  
 dicentis  
 & a vob  
 deliter e  
 tlesia Pa  
 le statim  
 grum ha  
 du uti p  
 frum em  
 Marisp  
 M. DC.

seu Benedictionali desideratas Benedictionum varia-  
rum formulas, & Ritus in sacris Processionibus obser-  
vandos. Omnes proinde Diœcesis Nostræ Ecclesiarum  
Rectores, Plebanos, & Parochos, cæterosque curam  
Animarum gerentes, & quoscunque alios Sacramenta  
administrare volentes Presbyteros seriò in Domino ad-  
hortamur, & in virtute sanctæ Obedientiæ ijs præcipi-  
mus, quatenus futuris temporibus novo hoc Nostro  
Rituale in suis Ecclesiis & Parochijs utantur, ritus &  
cæremonias in eo præscriptas exactè & diligenter ob-  
servent, atque de ijs creditum sibi gregem sapiùs instru-  
ant, erudiant, & explicent, firmissimâ spe ducti, se ab  
omnium bonorum largitore & remuneratore Deo  
Opt. Max. mercedem recepturos, si & jussa Apostoli  
dicentis : *Omnia honestè & secundum ordinem fiant in  
& à vobis* : & hanc Nostram voluntatem sedulo & fi-  
deliter exequantur. Permittimus tamen, ut, si quæ Ec-  
clesiæ Parochiales ob paupertatem novum hoc Ritua-  
le statim emere non possint, & antiquum adhuc inte-  
grum habeant, eo Presbyteri illarum Ecclesiarum tam  
diu uti possint, donec media habuerint novum hoc No-  
strum emendi. Datum in Residentia nostra Episcopa-  
li Marispurgi XIV. Calendas Aprilis Anno Domini  
M. DC. LXXXVI.

In-

**Index & Ordo præcipuarum rerum, quæ  
in hoc Rituali libro continentur.**

<b>E</b> xorcismus Salis & Aquæ, in diebus Dominicis. pag. 1.	nis. 83.
Exorcismus Salis pro baptizandis infantibus. 7.	Forma absolutionis generalis tempore Iubilæi vel in casibus refervatis. 88.
Benedictio Fontis Baptismi extra Sabbatum sanctum Paschæ & Pentecostes, cum aqua consecrata non habetur, vel ubi non habetur Baptisterium. 8.	Rubrica de sanctissimo Eucharistiæ Sacramento. 89.
Rubrica ordinis & modi baptizandi infantes, tam masculos, quam foemellas, cum solemnitate & cæremonijs consuetis. 10.	Ordo ministrandi sacram Communionem populo tam in Paschate quàm aliis temporibus. 92.
Ordo baptizandi masculum vel foemellam. 13.	Prænotanda quædam de Communionem infirmorum, & administratione sacri Viatici. 100.
Ordo baptizandi plures vel infantes, vel adultos tam unius quàm diversæ sexûs. 39.	Ordo ministrandi sacram Communionem seu Viaticum infirmo in ædibus privatis. 104.
Ordo baptizandi tempore necessitatis sive in articulo mortis. 61.	Rubrica de Sacramento extremæ Vnctionis. 117.
Ordo adhibendi ritus & cæremonias consuetas cum infantibus vel adultis utriusque sexûs ante valvas Ecclesiæ vel domi in articulo mortis ritè baptizatis. 64.	Ordo ministrandi infirmo Sacramentum extremæ Vnctionis 120.
Ordo introducendi mulieres in Ecclesiam post partum. 78.	Ordo inungendi infirmum tempore summæ necessitatis, vel pestilentia. 134.
Ordo administrandi Sacramentum poenitentia tam Ægrotis quàm sanis. 83.	Septem Psalmi Poenitentiales. 137.
	Litania. 149.
	Ordo juvandi morientes, & commendandi animam morituri. 161.
	Ordo comendationis animæ. 164.
	In expiratione. 194.
	Ordo sepeliendi mortuos. 197.
	Ordo

Ordo sepeliendi  
nitate totius  
Officium Dei  
De sepultura  
Ordo sepeliendi  
Ordo celebrandi  
lia in ædibus  
latio ma  
fia.  
De Sacramento  
Ritus celebrandi  
cramentu  
Benedictio  
De Benedictio  
les.  
Ordo faciendi  
diebus D  
Benedictio  
sancto P  
Benedictio  
facienda  
Benedictio  
& vinu  
Benedictio  
¶ cont  
Benedictio  
sancta  
Benedictio  
num.  
Benediction  
facultate  
ia.  
Benedictio m

Ordo sepeliendi funus cum solemnitate totius Cleri. 203.  
 Officium Defunctorum. 211.  
 De sepultura parvulorum. 297.  
 Ordo sepeliendi parvulos. 299.  
 Ordo celebrandi solemniter sponsalia in ædibus, antequam fiat copulatio matrimonialis in Ecclesia. 304.  
 De Sacramento Matrimonij. 309.  
 Ritus celebrandi Matrimonij Sacramentum. 314.  
 Benedictio nuptiarum. 325.  
 De Benedictionibus regulæ generalis. 329.  
 Ordo faciendi aquam benedictam in diebus Dominicis &c. ibid.  
 Benedictio domorum in Sabbato sancto Paschæ. 330.  
 Benedictio domorum alio tempore facienda. 331.  
 Benedictio communis super fruges & vineas. ibid.  
 Benedictio variarum rerum in sex § contentarum. 332.  
 Benedictio peregrinorum ad loca sancta prodeuntium. ibid.  
 Benedictio peregrinorum post reditum. 334.  
 Benedictiones ab Episcopis vel alijs facultatem habentibus faciendæ. 335.  
 Benedictio novæ Crucis. ibid.

Benedictio Imaginum Iesu Christi, B. Virginis Mariæ, & aliorum Sanctorum. 336.  
 Ritus benedicendi & imponendi primum lapidem pro Ecclesia ædificanda, servandus à Sacerdote habente facultatem ab Episcopo. 337.  
 Ritus benedicendi novam Ecclesiam, seu Oratorium publicum, ut ibi sanctissimum Missæ sacrificium celebrari possit. 342.  
 Ritus reconciliandi Ecclesiam violatam, si nondum erat ab Episcopo consecrata. 346.  
 Ritus benedicendi novum Cœmeterium per Sacerdotem ab Episcopo delegatum. 348.  
 Ordo reconciliandi Cœmeterium violatum, sive Ecclesiæ contiguum sit, sive separatum, ubi Ecclesia non est polluta. 350.  
 De Processionibus. 352.  
 De Processione in die festo Purificationis B. Mariæ Virginis. 353.  
 De Processione in die Palmarum. ib.  
 Ordo servandus in Litaniarum majorum Processione, & Rogationum. 354.  
 De Processione in Festo sanctissimi Corporis Christi. 355.  
 De Processione ad petendam pluviam. 357.  
 Pro-

Processio ad postulandam serenitatem.	358.	Processio in quacūque tribulatione.	366.
Preces ad repellendam tempestatem.	359.	Preces dicendæ in Processione gratiarum actione.	367.
Preces dicendæ tempore penuriae & famis.	361.	De Processione in translatione sacrorum Reliquiarum insigniū.	369.
Processio tempore mortalitatis & pestis.	362.	Ordo recipiendi processionaliter Apostolicæ Sedis Legatum, vel Episcopum proprium, aut ejus Suffraganeum.	ibid.
Processio tempore belli.	ibid.		



OBSE-



OBS

E

D

VSSV

MI ET

OMINI D  
Et Apostolic  
Don

EXOR

AQ

Primò p

otali, cum f  
ata fir aqua  
mando.



# OBSEQUIALE

ECCLESIAE,

ET

## DIOECESIS

CONSTANTIENSIS.

IVSSV ILLVSTRISSI-  
MI ET REVERENDISSIMI  
DOMINI D. FRANCISCI JOANNIS DEI

Et Apostolicæ Sedis Gratia Episcopi Constantiensis,  
Domini Augiæ majoris, & Oenin-  
gæ, &c. editum.

**EXORCISMVS SALIS ET**  
AQVÆ IN SINGULIS DIE-  
bus Dominicis.

Primò procedat Sacerdos, in habitu Sacer-  
dotali, cum stola ad locum solitum, ubi præpa-  
rata sit aqua munda cum sale, & dicat se **✝** si-  
gnando,

A

Adju-

Adjutorium nostrum in nomine Domini,  
Qui fecit cœlum & terram.



**E**Xorcizo te creatura salis per Deum **+** vivum : per Deum **+** verum : per Deum **+** sanctum : per Deum , qui te per Elisæum Prophetam in aquam mitti iussit , ut sanaretur sterilitas aquæ , ut efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium , & sis omnibus te sumentibus sanitas animæ & corporis ; & effugiat atque discedat à loco , in quo aspersum fueris , omnis phantasia & nequitia , vel versutia diabolicæ fraudis , omnisque spiritus immundus adjuratus ; Per eum , qui venturus est judicare vivos & mortuos , & sæculum per ignem ,

**Benedictio Salis.** Dominus vobiscum.

**O**remus.



**M**mensam clementiam tuam , omnipotens æterne Deus , humiliter imploramus , ut hanc creaturam Salis , quam in usum humani generis tribuisti , bene **+** dicere & sancti **+** ficare tua pietate digneris , ut sit

omni-

Exorcismus Salis & Aquæ.

3

omnibus sumentibus salus mentis & corporis, & quidquid ex eo tactum vel respersum fuerit, careat omni immunditia, omniq̄ue impugnatione spiritualis nequitia. Per Dominum nostrum IESUM Christum Filium tuum, &c.

EXORCISMUS AQUÆ.

Advertat hîc Sacerdos à Paschate usque ad Pentecosten non exorcisari aquam, cum adsit aqua in vigilia Paschatis, & Pentecostes exorcisata: Cum verò non habetur ejusmodi aqua, tunc exorcisatur.

**E**Xorcizo te creatura aquæ in nomine Dei ✠ Patris omnipotentis: & in nomine IESU ✠ Christi Filij ejus Domini nostri: & in virtute Spiritus ✠ sancti: ut fias aqua exorcizata, ad effugandam omnem potestatem inimici, & ipsum inimicum eradicare, & explantare valeas, cum angelis suis apostaticis; Per virtutem ejusdem Domini nostri IESU Christi, qui venturus est judicare vivos & mortuos & sæculum per ignem.

A 2

O re-

Oremus.

**D**Eus, qui ad salutem humani generis maxima quæque Sacramenta, in aquarum substantia condidisti, adesto propitius invocationibus nostris: & huic elemento multimodis purificationibus præparato, virtutem tuæ bene **✠** dictionis infunde; ut creatura mysterijs tuis serviens, ad abigendos Dæmones, morbosque pellendos divinæ gratiæ sumat effectum, ut quicquid in domibus, vel in locis fidelium, hæc unda resperferit, careat omni immunditia, liberetur à noxa, non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens, discedant omnes insidiæ latentis inimici, & si quid est, quod aut incolumitati habitantium invidet aut quieti, asperione hujus aquæ effugiat, ut salubritas per invocationem tui nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per Dominum nostrum IESUM Christum Filium tuum. Qui tecum, &c.

**Hic ter mittat Sal in aquam per modum crucis  
dicens semel.**

**C**ommixtio Salis & Aquæ pariter fiat in nomine Patris, **✠** & Filij, **✠** & Spiritus: **✠** S. Amen.

Bene-

**Benedictio amborum.** Dominus vobiscum.  
Oremus.

**D**Eus invictæ virtutis auctor, & insuperabilis imperij Rex, atque semper magnificus triumphator, qui adversæ dominationis vires reprimis, qui inimici rugientis sævitiam superas, qui hostiles nequitas potenter expungas; Te Domine trementes & supplices deprecamur, ac petimus, ut hanc creaturam Salis & Aquæ dignanter aspicias, benignus illustres, pietatis tuæ rore sanctifices, ut ubicunq; aspersa fuerit, per invocationem sancti nominis tui, omnis infestatio immundi spiritus abigatur, terrorq; venenosi serpentis procul pellatur, & præsentia sancti Spiritus nobis misericordiam tuam poscentibus ubique adesse dignetur. Per Dominum nostrum, &c. in unitate ejusdem spiritus, &c. **Pax & benedictio Dei Patris, & Filij, & Spiritus sancti, descendat super hanc creaturam Salis & Aquæ.**

**Tunc aspergat seipsum & alios, & Chorus incipiat. Antiphonam.**

**A**sperges me Domine, &c. *℣.* Miserere mei Deus. **A**sperges. **G**loria Patri. *℣.* Domine apud te est fons vitæ. *℞.* Et in lumine tuo videbimus lumen.

**O**remus.

**P**ræsta quæsumus Domine, per hanc asper-  
sionem aquæ sanitatem mentis, integri-  
tatem corporis, tutelam salutis, securita-  
tem spei, corroborationem fidei, hic & in æter-  
na sæculorum sæcula, Amen.

**Alia Oratio.**

**E**xaudi nos, sancte Pater, omnipotens æter-  
ne Deus, & mittere digneris sanctum An-  
gelum tuum de cœlis, qui custodiat, fo-  
veat, protegat, visitet, atque defendat omnes ha-  
bitantes in hoc habitaculo. Per Christum Do-  
minum nostrum, &c.

**Tempore Paschali ad asperisionem aquæ be-  
nedictæ pro Antiphona.** **A**sperges me Domi-  
ne, &c. **Cantatur hæc sæquens Antiphona.** Vi-  
di aquam egredientem de templo, &c. **Item.**  
**Cum Rex gloriæ Christus.** **Cum Hymno.** Sal-  
ve festa dies. **In festis Pentecostes, subjungitur  
ista oratio.** Sancti Spiritus, quæsumus Domi-  
ne,

ne, corda nostramundet infusio, & sui roris in-  
tima aspersione fecundet. Per Dominum no-  
strum IESUM, &c, eiusdem Spiritus, &c.

**EXORCISMUS SALIS PRO BAPTIZAN-  
dis infantibus, quod ad hunc tantum u-  
sum, & nullum alium deservire  
debet.**

**Sacerdos se ✠ signando dicat.**

Adjutorium nostrum in nomine Domini.

Qui fecit cœlum & terram.

Sit nomen Domini Benedictum.

Ex hoc nunc & usque in sæculum.

**E**Xorcizote, creatura Salis, in nomine Dei  
Patris omni ✠ potentis, & in charitate  
Domini nostri IESU ✠ Christi, & in vir-  
tute Spiritus ✠ Sancti. Exorcizo te per Deum  
✠ vivum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠  
sanctum, per Deum, qui te ad tutelam huma-  
ni generis procreavit, & populo venienti ad cre-  
dulitatem, per servos suos consecrari præcepit,  
ut in nomine sanctæ Trinitatis efficiaris saluta-  
re Sacramentum ad effugandum inimicum.

Pro-

**Benedictio fontis.**

Proinde rogamus te, Domine Deus noster, ut hanc creaturam Salis sanctificando sancti ✠ fices, benedicendo bene ✠ dicas, ut fiat omnibus accipientibus perfecta medicina, permanens in visceribus eorum, in nomine ejusdem Domini nostri Jesu Christi. Qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem.

**BENEDICTIO FONTIS, SI NON fuerit Benedictus, vel ubi non habetur Baptisterium.**

**E**Xorcizo te creatura aquæ, in nomine Dei Patris ✠ omnipotentis, & in charitate Jesu Christi ✠ Filij ejus, & in virtute Spiritus ✠ sancti, & si quod phantasma, si quæ virtus inimici, si quæ incurfio Diaboli lates, præcipio tibi, eradicare, & effugare ab hac creatura aquæ, ut qui in ipsa baptizandi erunt, fiat eis fons aquæ salientis in vitam æternam, regenerans eos DEO Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, in nomine ejusdem Domini nostri JESU Christi, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem.

Amen.

Ore-

Benedictio fontis.

9

Oremus.

**E**Xaudi nos omnipotens Deus, & in hujus aquæ substantiam tuam immisce virtutem, ut abluendi per eam, & sanitatem simul & vitam mereantur æternam. Per Dominum nostrum JESUM Christum, Filium, &c.

Post hoc mittat Chrisma in fontem per modum crucis dicendo.

Sanctificetur & fœcundetur fons iste renascentibus ex eo in vitam æternam in nomine ✠ Patris, & ✠ Filij, & Spiritus ✠ sancti, Amen.

Posteà utatur modo communi baptizandi, pro qualitate baptizandorum. Infante verò baptizato, talis aqua in flumen aliquod, seu alium locum effundatur, ne pedibus, ob reverentiam Sacramenti baptismatis, conculetur.



B

RU-

## R V B R I C A.

**ORDINIS ET MODI COMMUNIS BAPTIZANDI INFANTES, TÀM MASCULOS, QUÀM FŒMELLAS, CUM SOLENNITATE & CÆREMONIJS CONSVETIS.**



Notet in primis Parochus, vel ipse vices agens, quod primus baptizandi modus ita digestus sit, ut facile accommodari possit infanti masculo baptizando, vel fœmella. Si enim baptizanda sit fœmella, tunc ubicunq; occurrit ei hoc signum stella <sup>\*</sup> meminerit, ibi genus esse mutandum, et legendum id, quod includitur hisce duabus semilunulis ( ): Si vero baptizandus sit masculus, nihil hoc signum stelle curans, inoffense pergat, omisis tamen illis, quæ intradictas semilunulas continentur.

Si verò contingat plures simul infantes adesse baptizandos, verbigratia, adsunt duo masculi, tunc mutato numero singulari in pluralem, baptizet duos, vel plures masculos simul. Si verò adsint duæ, vel plures fœmellæ simul baptizandæ, mutato quoq; numero singulari, inter semilunulas contento, in pluralem, baptizet duas, vel plures fœmellas simul.


Si

*Si denique eveniat, ut in amplioribus Paro-  
chijs sæpius contingere credimus, quod baptizandi  
essent unus masculus, et una fœmella, vel plu-  
res masculi, et plures fœmina, et plures masculi  
cum una fœmella, vel plures fœmella cum uno ma-  
sculo, tunc observari poterit modus plures simul ba-  
ptizandi infra positus.*


*De hoc tamen modo baptizandi, omnes ma-  
ximè rudiores et simpliciores Sacerdotes inprimis  
monitos esse volumus, ne quis temere conetur eo  
ut, nisi probè sciat observare genus et numerum,  
juxta qualitatem baptizandorum: Potius tan-  
tum sibi sumat temporis spatium, si non sit pericu-  
lum in mora, ut successivè unum infantem post a-  
lium, vel masculos separatim, et fœmellas sepa-  
ratim, juxta primum baptizandi mo-  
dum baptizet.*



FONS, ET ORIGO BONORUM  
OMNIUM.



ORDO



**O R D O  
BAPTIZANDI  
MASCVLVM,**

**VEL  
FOEMELLAM.**

**PRIMO**

**Sacerdos signando se ✠ dicat.**

**I**n nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti,  
Amen.

Deindè petat à Patrino vel Patrinis, quorum  
non sint plures, quàm unus vir, & una  
foemina.

Begehrent ihr / daß dises Kind getaufft werde:  
Respondeant Patrini.

Ja Herr.

Deindè petat diligenter ab obstetrice,  
& alijs astantibus.

Ist es aber nicht gäch getaufft worden?

Si respondeant.

Ja Herr.

B 3

Tunc

Tunc inquirat per quem, quibus verbis  
 qua materia; Quòd si depræhenderit sub debita  
 verborum forma, à viro, vel muliere fide digna,  
 cum aqua naturali infantem esse baptizatum,  
 nequaquam rebaptizet sub poena sacrilegij: un-  
 ctiones tamen, cæterosque ritus omnes, cum  
 solitis orationibus infra positis suppleat: Sed si  
 dubium sit morale & probabile, an sit rite in a-  
 qua naturali, & sub debita verborum forma ba-  
 ptizatus, tunc pergat usq; ad prolationē formæ,  
 & utatur forma condicionali infra, fol. 36. notata.  
 Si verò respondeant. Nein Herr. tunc petat.

Wie soll es dann heissen?

Respondeant Patrini.

N.

Posteà insufflet in faciem ejus per modum  
 ✠ crucis dicendo.

**E**Xi \*ab eo (ab eà) immunde spiritus, &  
 da locum adveniēti Spiritui S. Paraclito.  
 Præsbyter deinde faciat signum crucis in fron-  
 te infantis, & pectore dicens.

**A**ccipe signaculum sanctæ Crucis Domini  
 nostri Jesu Christi, tam in fronte ✠ quàm  
 in cor ✠ de, sume fidem cœlestium præ-

cepto-

ceptorum, & talis esto moribus, ut templum Dei jam esse possis. ♦ **Sequentia in baptismo parvulorum omittuntur usque ad orationem, & dicuntur solum super adultos.**

Ingressusq; ( ingressaq; ) Ecclesiam Dei, evasisse te laqueos Diaboli \* lætus ( læta ) agnosce, horresce idola, respue simulachra, cole Deum Patrem omnipotentem, & Jesum Christum Filium ejus unicum Dominum nostrum, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem, R. Amen.

**Si Catechumenus adultus sit Judæus, loco verborum ( horresce idola, respue simulachra ) dicitur ( horresce Judaicam perfidiam, respue Hæbraicam superstitionem ) si sit Saracenus, vel Turca, vel Persa dicitur ( horresce Mahumeticam perfidiam, respue pravam sectã infidelitatis )**

♦ Dominus vobiscum.

♦ O remus.

**O**mnipotens sempiterne Deus, Pater Domini nostri JESU Christi, respicere dignare super \* hunc famulum tuum ( hanc famulam tuam ) \* quem ( quam ) ad rudimenta fidei vocare dignatus es, omnem cæcitatem cordis ab \* eo ( ea ) expelle, disrum-

pe

pe omnes laqueos Sathanæ, quibus fuerat \* alligatus (alligata,) aperi ei Domine janua pietatis tuæ, ut signo sapientiæ \* imbutus (imbuta,) omnium cupiditatum foetoribus careat, & ad suavem odorem præceptorum tuorum \* lætus (læta) in Ecclesia tua tibi deserviat, & proficiat de die in diem, ut \* idoneus (idonea) efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui percepta medicina; Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat, &c.

**HIC SACERDOS BENEDICAT SAL,** nisi jam habeat benedictum, cujus exorcismum requirat in Principio libri fol. 7: Deinde accipiat de Sale exorcizato, & mittat in os cujuslibet infantis & dicat.

**N** Accipe salem sapientiæ, ut Christus sit tibi propitius in vitam æternam, Amen. Pax tecum.

Oremus.

**D**eus patrum nostrorum, Deus universæ conditor creaturæ, te supplices exoramus, ut \* hunc famulum tuum, (hanc famu-

famulam tuam )respicere digneris propitius , & hoc primum pabulum Salis gustantem , non ditius esurire permittas , quò minus expleatur cibo cœlesti , quatenus sit semper Domini spiritu fervens , spe gaudens , nomini tuo deserviens , & perduc \*eum , (eam )ad novæ regenerationis lavacrum , ut cum fidelibus tuis promissionum tuarum æterna præmia consequi mereatur ; Per Christum Dominum nostrum , Amen.

Nota quoties ponitur in margine (super masculum ) intellige talem orationem super masculum tantum legendam , sicut quando ponitur (super fœmellam ) super fœmellam tantum ; reliqua dicenda sunt tam super masculum , quàm super fœmellam.

ITEM BRÆSBYTER TER INFANTEM  
cruce signando dicat.

SUPER MASCULUM TANTUM.

**D**Eus ✠ Abraham , Deus ✠ Isaac , Deus ✠ Jacob , Deus qui Moyfi famulo tuo in monte Sinai apparuisti , & filios Israel de terra Ægypti eduxisti , deputans eis Angelum pie-

Super  
Masculum.

C

tatis

tatis tuæ , qui custodiret eos , die ac nocte , te  
quæsumus Domine , ut mittere digneris san-  
ctum Angelum tuum de cœlis , qui similiter  
custodiat & hunc famulum tuum , **N.** & per-  
ducat eum ad gratiam baptismi tui ; Per Chri-  
stum Dominum nostrum , Amen.

**SUPER FOEMELLAM**  
tantum.

Super  
Foemel-  
lam.

**D**EUS ✠ cœli , Deus ✠ terræ , Deus  
✠ Angelorum , Deus Archangelo-  
rum , Deus Patriarcharum , Deus Pro-  
phetarum , Deus Apostolorum , Deus Marty-  
rum , Deus Confessorum , Deus Virginum ,  
Deus omnium bene viventium , Deus cui om-  
nis lingua confitetur , & omne genu flecti-  
tur , cœlestium , terrestrium , & infernorum ,  
te invoco , Domine , super hanc famulam tu-  
am , ut perducere eam digneris ad gratiam  
baptismi tui ; Per Christum Do-  
minum nostrum ,  
Amen.

**PRI.**

PRIMA ADJURATIO DIABOLI SUPER  
Masculum, vel Fœmellam.

**E**Rgo maledicte Diabole recognosce sententiam tuam, & da honorem DEO vivo & vero, da honorem JESU Christo Filio ejus, & Spiritui Sancto, & recede \* ab hoc famulo Dei **N.** ( ab hac famula Dei **N.** ) quia \* istum ( istam ) sibi Deus, & Dominus noster Jesus Christus, ad suam sanctam gratiam, & benedictionem, Fontemque baptismatis, dono Spiritus Sancti, vocare dignatus est, & hoc signum sanctæ ✝ crucis ( **cum pollice crucem faciat in fronte infantis** ) quod nos fronti ejus damus, tu maledicte Diabole nunquam audeas violare; Per eum, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem. **re.** Amen.

## SUPER MASCULUM TANTUM.

**D**EUS immortale præsidium omnium postulantium, liberatio supplicum, vita credentium, resurrectio mortuorum, te invoco, super hunc famulum tuum

Super  
Masculum.

C 2

**N.** qui

**N.** qui baptismi tui donum petens , æternam consequi gratiam , spirituali regeneratione desiderat ; accipe hunc , Domine , qui dignatus es dicere ; petite & accipietis , quærite & invenietis , pulsate & aperietur vobis ; petenti itaque præmium porrige , & januam pande pulsanti , ut æternam cœlestis lavacri benedictionem consecutus , promissa tui muneris regna percipiat ; Qui cum Patre & Spiritu S. vivis & regnas Deus in sæcula sæculorum. Amen.

**SUPER FOEMELLAM TANTUM.**

Oremus.

Super  
Foemellam.

**D**EUS ✠ Abraham , Deus ✠ Isaac ,  
Deus ✠ Jacob , Deus , qui tribus I-  
frahel de Ægyptiaca servitute liberasti ,  
& super Moysen famulum tuum , de custodia  
mandatorum tuorum in deserto monuisti , &  
Susannam de falso crimine liberasti , te sup-  
plex deprecor , ut liberet hanc famulam tuam  
**N.** & perducere eam digneris ad gratiam ba-  
ptismi tui ; Per Christum Do-  
minum nostrum ,  
Amen.

SE.

## SECUNDA ADJURATIO

## Diaboli.

**E**Rgo maledicte diabole recognosce sententiam tuam, da honorem Deo vivo & vero, da honorem Jesu Christo Filio ejus, & Spiritui Sancto, & recede \* ab hoc famulo Dei **N.** ( ab hac famula Dei **N.** ) \* quia istum ( istam ) sibi Deus, & Dominus noster Jesus Christus, ad suam sanctam gratiam, & benedictionem, fontemque baptismatis, dono Spiritus Sancti, vocare dignatus est, & hoc signum sanctæ ✝ crucis ( **cum pollice iterum crucem faciat in fronte infantis** ) quod nos fronti ejus damus, tu maledicte diabole, nunquam audeas violare; Per eum, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem,

**Exorcismus sequens dicitur solum cum baptizatur adultus, in baptismo verò parvulorum omittitur.**

**A**udi maledicte Satana adjuratus per nomen æterni Dei, & Salvatoris nostri Filij ejus, cum tua victus invidia tremens, gemensque discede, nihil tibi sit commune,

cum \* famulo ( famula ) Dei , jam cœlestia cogitanti , \* renunciaturo ( renunciaturæ ) tibi ac sæculo tuo , & beatæ immortalitati \* victuro , ( victuræ : ) Da igitur honorem advenienti Spiritui sancto , qui ex summa cœli arce descendens , perturbatis fraudibus tuis , divino fonte purgandum pectus , id est , Deo sanctificandum templum , & habitaculum perficiat , & ab omnibus penitus noxijs prætorum criminum \* liberatus ( liberata ) \* hic famulus Dei **N.** ( hæc famula Dei **N.** ) gratias perenni Deo semper referat , & benedicat nomen ejus sanctum in sæcula sæculorum ; Amen.

EXORCISMUS SUPER  
Masculum.

Super  
Mascu-  
lum.

**E**Xorcizo te immunde spiritus , in nomine Patris ✠ , & Filij ✠ , & Spiritus ✠ sancti , ut exeas & recedas ab hoc famulo Dei **N.** ipse enim tibi imperat , maledicte diabole atque damnate , qui pedibus suis super mare ambulavit , & Petro mergenti dexteram porrexit , Jesus Christus Dominus noster

ster, qui venturus est iudicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem.

**EXORCISMUS SUPER  
Fœmellam.**

**E**Xorcizo te immunde spiritus per Patrem ✠, & Filium ✠, & Spiritum ✠ sanctum, ut ex eas, & recedas ab hac famula Dei **N.** ipse enim tibi imperat, maledicte damnate, qui cæco nato oculos aperuit, & quadriduanum Lazarum de monumento suscitavit.

**TERTIA ADJURATIO  
Diaboli.**

**E**Rgo maledicte diabole recognosce sententiam tuam, da honorem Deo vivo & vero, da honorem Jesu Christo Filio ejus, & Spiritui sancto, & recede ✠ ab hoc famulo Dei **N.** ( ab hac famula Dei **N.** ) quia ✠ istum ( istam ) sibi Deus, & Dominus noster Jesus Christus, ad suam sanctam gratiam, & benedictionem, Fontemque baptismatis, dono Spiritus sancti, vocare dignatus, est & hoc signum sanctæ ✠ Crucis ( cum pollice

Super  
Fœmel-  
lam.

cru

**crucem faciat in fronte infantis** ) quod nos fronti ejus damus , tu maledicte diabole nunquam audeas violare ; Per eum , qui venturus est judicare vivos & mortuos , & sæculum per ignem. **Rz.** Amen.

**Oremus.**

**Æ**ternam ac justissimum pietatem tuam , deprecor Domine sancte , Pater omnipotens , æterne Deus , auctor luminis ac veritatis , super \*hunc famulum tuum **N.** ( hanc famulam tuam **N.** ) ut digneris \*eum ( eam ) illuminare lumine intelligentiæ tuæ , munda \*eum ( eam ) & sanctifica , & da ei scientiam veram , ut \*dignus ( digna ) efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui , teneat firmam spem , consilium rectum , doctrinam sanctam , ut \*aptus ( apta ) sit ad percipiendam gratiam baptismi tui ; Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum , qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus , per omnia sæcula sæculorum. **Rz.** Amen.

Dominus vobiscum.

**Hic faciat ✝ crucem in fronte , ore , & pectore infantis dicendo.**

Se-

Sequentia sancti Evangelij secundum  
Matthæum.

Deinde imponat manum super caput in-  
fantis & pergat dicendo.

**I**N illo tempore ; oblati sunt Jesu parvuli ,  
ut manus eis imponeret , & oraret ; disci-  
puli autem ejus increpabant eos. Jesus ve-  
rò ait illis , finite illos , & nolite prohibere eos,  
ad me venire. Amen dico vobis , talium est  
enim regnum cœlorum. Et cùm impossuif-  
set eis manus , abijt indè. ( **Hic deponendo  
manus dicat.** ) Per istos sacros sermones in-  
dulgeat Dominus noster universa peccata no-  
stra & delicta. **Rz.** Amen.

**DEINDE SACERDOS ADMONEAT PO-  
pulum astantem , ut simul dicat flexis geni-  
bus , Orationem Dominicam , Salutationem  
Angelicam , & Symbolum Apostolorum,  
pro salute infantis,**

**Potest autem breviter monere populum hoc vel  
simili modo germanicè.**

D

Ans



**A**ndächtige in Christo dem  
Herrn; Dieweil nun vnser lieber  
Herz Iesus Christus die Kind-  
lein ihme zuzubringen in dem jetzt  
abgelesnen Euangelio befohlen /  
vnd solchen das Reich der Himmel warhafftig ver-  
heissen hat / so lasset vns nun auch das gegenwär-  
tige Kindlein mit andächtigem / demüthigem Ge-  
bett / zu ihm bringen / ihn treulich anrufen / vnd  
bitten / daß er es annemmen / vnd durch den Tauff  
in sein heiliges Reich setzen / auch sein Göttliche  
Gnad mittheilen / vnd verlenhen wölle / daß / so  
lang es in diesem Jammerthal verbleibt / nach sei-  
nem Göttlichen Willen / vnd Gebotten / kömte  
leben / vnd nach diesem ellenden Leben / mit sambt  
den Elteren / vnd vns allen die ewige Freud vnd  
Seligkeit erlangen / vnd besitzen möge. Solches  
von dem Allmächtigen Gott / vnd Vatter aller  
Gnaden / vnd Gutthaten / durch Iesum Chri-  
stum vnserem lieben Herrn zuerwerben / sprechend  
von Grund euers Herzen / mit mir / ein andäch-  
tiges Vatter vnser / Engelischen Bruff / vnd  
heiligen Christlichen Glauben.



Hic

Hic fleat Sacerdos genua seorsim, & cum astantibus, dicat Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, & Symbolum Apostolorum.

Si baptizandus fuerit adultus, Sacerdos tam Evangelium, quam admonitionem ad adstantem populum omittit, recitat tamen flexis genibus clarâ voce cum ipso baptizando Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, & Symbolum Apostolorum, quibus dictis subjungit sequentem Exorcismum.

Advertat insuper Sacerdos, quòd si in tempore hyemis, ingens sit frigus, & baptizandus sit infans, ne denudatus ante fontem baptismi, frigore nimium afficiatur, poterit commodè etiam hîc, ante valvas Ecclesiæ, brevibus admonere paternos sui officij, & deinde ante Baptisterium, solitam monitionem omittere: Si vetò nullum sit frigoris periculum, eam differat usque ad locum solitum Baptisterij, surgatque, & pergat dicendo.

## EXORCISMUS.

**N**Ec lateat, satana, imminere tibi pœnas, imminere tibi tormenta, imminere tibi

D 2

diem,

diem iudicij, diem supplicij sempiterni, diem, qui venturus est velut clibanus ardens, in quo tibi, atque universis Angelis tuis, æternus superveniet interitus: proinde dammate atq; damnande, da honorem Deo vero & vivo, da honorem Jesu Christo Filio ejus, & Spiritui sancto, in cuius nomine, atque virtute, præcipio tibi, quicumque es, spiritus immunde, ut exeas, atque recedas \* ab hoc famulo Dei **N.** ( ab hac famula Dei **N.** ) \* quem ( quam ) hodie Deus & Dominus noster Jesus Christus, ad suam sanctam gratiam, & benedictionem, Fontemque Baptismatis, dono suæ gratiæ vocare dignatus est, ut fiat ejus templum, per aquam regenerationis, in remissionem omnium peccatorum; In nomine ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem. **rs.** Amen.

**Deinde exspuat in terram, miscendo sputum pulvere, & tangat pollice aures infantis dicendo.**

Ephphata; quod est ad aperire.

**Postea nares dicendo.**

In odorem suavitatis.

**De.**

Demum subjungat.

Tu autem effugare, maledicte diabole, appropinquabit enim iudicium Dei.

His ergo rite peractis, Sacerdos inducat infantem in Ecclesiam, porrigendo stolam eum portanti, & dicat.

Ingredere in Ecclesiam Dei, ut merearis computari inter filios Dei; In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen.

Deinde aspergat eum aqua benedicta.

Quo facto, itur ad fontem baptismi, ubi mulieres denudant infantem, & præparant eum ad baptismum: Sacerdos verò interim sumit oleum sacrum & chrisma, pereunte candela, idemque in loco apto propè baptisterium collocat. Deinde Matrina infantem in manibus teneat coram Sacerdote. Patrilinos itaque Sacerdos moneat sui officij hoc vel simili modo.

**G**liebte in Christo dem Herrn /  
Dieweil nun euer Lieb vnd Andacht / Gott  
dem Allmächtigen zu Lob / dem heiligen  
Sacrament des Tauffs zu Ehren / vnd disem Kind  
zu Hensl und Gutem / erbetten ist worden / dises Kind  
leins geistliche Bevätter zuseyn: So ist es vonnöth

ten / daß ihr erstlich wissent / was solche Gevatter-  
schafft außweise / vnd von euch erfodere.

Nemlich daß ihr dises Kind / neben seinen na-  
türlichen Elteren / euch lasset befohlen seyn / also  
vnd der gestalt / wann es zu seinen verständigen  
Jahren kommen wird / daß ihr es (wo dieselbigen  
Eltern daran säumig wären / oder absterben) mit  
ganzem Fleiß vnterrichtet vnd lehret / stät vnd vest  
in der H. Christlichen / Catholischen / vnd Aposto-  
lischen Kirchen (darinn es jekunder den H. Tauf-  
empfangen wird) zubleiben / derselbigen wahren vnd  
ungezweifleten Glauben / allzeit zubekennen / vnd  
darneben auch das H. Vatter vnser / vnd Englischen  
Gruß / den Apostolischen Glauben / wie auch die  
zehn Gebott Gottes / ja keinen Fleiß sparen sollet  
zulehren / vnd zuunterweisen alles / so zu Gehor-  
sam / Auffnehmung / vnd Erhaltung der obgenann-  
ter H. Kirchen / Lehr / vnd Förderung seinen See-  
len Seligkeit vonnöhten seyn wird. Darumb ihr  
dann der jetzt angetrettner Gevatterschafft halben /  
vor Gott dem Herrn / gute Rechnungschafft / vnd  
genug thun werdend.

Wann dann euer Lieb vnd Andacht / im Fall der  
Noth / solches zu leisten mir / an statt der H. Christ-

lichen

lichen / Catholischen Kirchen / versprechen will / so  
wöllent sie die Hand auff daß Haupt des Kindleins  
legen / vnd es widerumb mit seinem Namen nennen.

Hic ponant patrimi manus super caput in-  
fantis, & dicant.

**N.**

Deinde Sacerdos petat.

**N.** Abrenuntias Satanæ ?

**R.** Widersagt du dem Teuffel ?

Respondeant Patrimi loco infantis ( si autem ba-  
ptizandus esset adultus, ad singulas interroga-  
tiones ipsemet respondere  
deberet. )

31

Ich widersag.

Sacerdos.

Et omnibus pompis ejus ?

Vnd aller seiner Hoffart ?

Respondeant Patrimi.

Ich widersag.

Sacerdos.

Et omnibus operibus ejus ?

Vnd allen seinen Wercken ?

Respondeant Patrimi.

Ich widersag.

Ps.

Postea Sacerdos interroget de fide  
infantis.

**N.** Credis in Deum Patrem omnipotentem,  
creatorem cœli & terræ?

**R.** Glaubst du in Gott Vatter Allmächtigen  
Schöpffer Himmels / vnd der Erden?

Respondeant Patrini.

Ich glaub.

Sacerdos.

Credis & in Jesum Christum, Filium ejus u-  
nicum, Dominum nostrum. Qui conceptus  
est de Spiritu sancto. Natus ex Maria Virgine.  
Passus sub Pontio Pilato. Crucifixus, mortuus,  
& sepultus. Descendit ad inferos; tertia die re-  
surrexit à mortuis. Ascendit ad cœlos, sedet ad  
dexteram Dei Patris omnipotentis. Inde ven-  
turus est judicare vivos & mortuos?

Glaubst du auch in Jesum Christum / seinen  
einigen Sohn / vnsern Herrn / der empfangen ist  
von dem h. Geist / geboren auß Maria der h.  
Jungfrauen / gelitten vnter Pontio Pilato / gecreu-  
ziget / gestorben / vnd begraben / abgestigen zu der  
Höllten / am dritten Tag wider aufferstande von  
den Todten / auffgefahren gen Himmel / sitzet zu der

Ge

Gerechten Gottes Allmächtigen Vatters / von  
dann er kommen wirdt zu richten die Lebendigen  
vnd die Todten?

Respondeant patrini.

Ich glaub.

Sacerdos.

Credis & in Spiritum Sanctum, sanctam Ec-  
clesiam Catholicam, Sanctorum commu-  
nionem, remissionem peccatorum, carnis re-  
surrectionem, & vitam æternam?

Glaubst du auch an den Heiligen Geist / ein  
heilige allgemeine Christenliche Kirchen / Gemein-  
schafft der Heiligen / Vergebung der Sünden / Auff-  
erstehung des Fleisches / vnd ein ewiges Leben?

Respondeant patrini.

Ich glaub.

Hic jubeat deponi manus patrinorum  
dicens.

Legendt die Händ ab.

E

Nota,

Nota, vascula sacrae unctionis, ad vitandum errorem, sic distingui solere, ut vasculum sacri Olei signetur litera O. Christum litera C. Infirmorum litera I.

Deinde Sacerdos recipiat infantem in manus suas, tenens eum cautè super baptisterium, & faciat crucem, cum oleo sancto; primò in pectore infantis: deinde in scapulis: & proferat nomen ejus dicens.

**N.** Ego te ✠ linio ( **Hic faciat crucem in pectore** ) oleo salutis in Christo ✠ Jesu ( **Hic faciat crucem in scapulis** ) Domino nostro.

Postea proferat Sacerdos nomen infantis & dicat.

**N.** Vis baptizari?

**R.** Wilt du getaufft werden?

Respondeant patrini. Volo:

Ich will.

Hic Sacerdos denuò inquirat ab obstetrice, & alijs astantibus, an fortè infans sit domi baptizatus, quia timebatur ejus subitanea mors adesse, dicendo.

Ist aber das Kind nicht gäch getaufft worden?

Si respondeant. Nein Herr.

Tunc pronuntiato ejus nomine simpliciter eum baptizet, & diligenter advertat, ne ante, vel post ablutionem, verba Sacramenti, quæ formam continent, proferat, sed eodem tempore, quo baptizat, ter fundendo aquam super caput infantis, hæc verba formalia simul dicat.

**N.** Ego te baptizo in nomine Patris ✠, & Filij ✠, & Spiritus ✠ Sancti, Amen. ✠

Si vero respondeant.

Ja / es ist getaufft worden.

Tunc inquiret, à quo, quibus verbis, & qua materia, &c. Quòd si depræhenderit, nihil ad verum baptismum necessarium fuisse omissum; omittat ipse prædicta verba formam baptismi continentia, & patrinus infantem à Matrino recipiat chrismandum,



Si autem respondeant, se nescire, vel dubitare, dubiumque sit morale, & probabile, an sit ritè, in aqua naturali, & sub debita verborum forma, baptizatus, tunc debet ipsum baptizare sub conditione, hac scilicet forma subscripta.

**N.** Si es baptizatus, ego te non rebaptizo: sed si non es baptizatus, Ego te baptizo in nomine Patris ✠, & Filij ✠, & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Deinde Patrinus infantem recipiat, tenens eundem supra fontem baptismatis, donec Sacerdos Chrisma requirat & dicat hæc verba.

**D**EUS omnipotens, Pater Domini nostri Jesu Christi, qui te regeneravit ex aqua, & Spiritu Sancto, qui que dedit tibi remissionem omnium peccatorum tuorum.

Hic faciat Sacerdos cum Chrismate crucem non in fronte, sed in vertice infantis, qui est locus super cerebrum ad initium crinium, dicendo.

**I**Pse te liniat chrismate ✠ Salutis in Christo JESU, Domino nostro, ut habeas vitam æternam. Amen.

Post-

Posthoc Sacerdos ponat linteum super  
caput infantis, & dicat.

**A**ccipe vestem candidam, sanctam, & im-  
maculatam, quam præferas ante tribunal  
Christi, ut habeas vitam æternam. Amen.

Et si sit puer, dicat ei.

Vade in pace ✝, pax tecum.

Si verò fœmina.

Vade in pace ✝, fides tua te salvam fecit.

His ritè peractis Sacerdos sive Parochus curet  
Parentes infantis admoneri, ne in lecto secum  
ipsi, vel nutrices parvulum habeant, propter op-  
pressionis periculum: sed eum diligenter custo-  
diunt, & opportunè ad Christianam disciplinam  
instituant. Et antequam infans ex Ecclesia  
asportetur, aut Suceptores discedant, eorum  
nomina, & alia, de administrato Baptismo  
accuratè & diligenter in Baptimali  
libro Parochus describat.



**R V B R I C A**  
**ORDINIS, ET MODI COMMUNIS**  
 baptizandi simul plures tam unius,  
 quam diversi sexus.



Notet primò Sacerdos, volens exorcizare & catechizare simul plures sive infantes, sive adultos, meminerit eorum, quæ supra habentur, fol. 10. Quando verò plures diversi sexus sunt, ut omnes exorcismos & orationes, quæ signantur in margine (*super omnes*) legat super omnes utriusq; sexus: Quæ verò signantur in margine (*super singulos*) legat in particulari super unumquemq; baptizandum, quotquot ad sunt: Speciales verò orationes alterius tantum sexus, super omnes illius sexus, qui in margine indicantur, dicat: Ut quando in margine habetur (*super masculos*) tunc super masculos tantum; ubi verò ponitur in margine (*super femellas*) super illas solum pronuntiet talem exorcismum, vel orationem. Quare ne erret Sacerdos in hac re, Masculos simul, idque à dextris, & femellas simul à sinistris statuat.

Notet secundò, Ut exorcizando & catechizando plures diversi sexus (ut Masculum vel masculos, cum Femella, vel femellis) adjectiva & participia propter personam digniorem per Conceptionem in masculino genere proferat. Quocirca nihil hoc \* signum stella curans, omisis illis, intra parenthesin continentur, inoffensè pergat. Id, qui securè facere nequit, cum masculis seorsim, deinde cum solis femellis agat, modo subscripto.

No. et tertio, Ut, si aliquos ex Gentilismo vel Iudaismo venientes adultos contigerit esse baptizandos in ordine infraposto interrogationes convenienter mutet, & ipsos baptizandos, & non eorum patrinos sive susceptores interroget, qui etiam ipsimet ad interrogationes respondere debent, quod & in superiori ordine & modo jam tradito observandum est.

**ORDO**

**ORDO,**  
**ET MODVS COM-**  
**MVNIS BAPTIZANDI**  
**PLURES VEL INFANTES VEL**  
**ADULTOS TAM VNIVS,**  
**QUAM DIVERSI SEXUS.**

Primò Sacerdos indutus veste choralis cum  
 stola, procedat ad fores templi, &  
 signando se ✝ dicat.

**I**N nomine Patris ✝, & Filij ✝, & Spi-  
 ritus ✝ Sancti, Amen.

Deinde petat à Patrini.

Begehrendt ihr daß diese Kinder getaufft werden?  
 Respondeant Patrini.

Ja Herz.

Postea petat.

Ist aber keines vnder ihnen gäch getaufft worden?  
 Si respondeant.

Ja Herz/das/ oder das ist gäch getaufft worden.

Dein-

Deinde observet rubricam supra positam  
fol. 14.

Si verò respondeant.

Nein Herr.

Tunc pergat dicendo.

Wie sollende sie dann heissen?

Repondeant Patrini.

N. N.

Postea insufflet in facies singulorum per  
modum ✠ crucis, & dicat.

Super  
singulos.

**E** Xi ✠ \* ab eo (ab ea) immunde spiritus,  
& da locum adveniēti Spiritui Sancto  
paraclito.

Presbyter deinde faciat signum Crucis,  
in fronte & in corde cujuslibet  
infantis, & dicat:

Super  
singulos.

**A** ccipe signum sanctæ Crucis, Domini no-  
stri JESU Christi, tam in ✠ fronte quam  
in ✠ corde.

Postea legat super omnes simul.

Sumi-

**S**umite fidem cœlestium præceptorum, tales estote moribus, ut templa Dei jam esse possitis; *Sequentia usque ad orationem in baptismo parvulorum omittuntur, & dicuntur solum si baptizandi sunt adulti.* Ingressiq; (ingressæq;) Ecclesiã Dei, evasisse vos laqueos diaboli, \*lati (lætæ) agnoscite, horrescite idola, respuite simulacra, colite Deum Patrem omnipotentẽ, & JESUM Christum Filium ejus; Qui cum eodẽ Patre in unitate Spiritus Sancti vivit & regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum. *R.* Amen.

Super omnes.

*Si Catechumeni adulti fuerint Judæi, loco verborum ( horrescite idola, respuite simulacra ) dicatur, ( horrescite Judaicam perfidiam, respuite Hæbraicam superstitionem. ) Si sint Saraceni, vel Turcæ, vel Persæ, dicatur ( horrescite Mahumeticam perfidiam, respuite parvam sectam infidelitatis. )*

Dominus vobiscum.

Oremus.

**O**mnipotens sempiterne Deus, Pater Domini nostri JESU Christi, respicere dignare super \*hos famulos tuos, quos (has famulas tuas, quã) ad rudimenta fidei vocare digna-

Super omnes.

F

tus

tus es, omnem cæcitatem cordis ab eis expelle, dirumpe omnes laqueos satanæ, quibus fuerant \* alligati, (alligatæ,) aperi eis, Domine, januam pietatis tuæ, ut signo sapientiæ tuæ \* imbuti, (imbutæ,) omnium cupiditatum fœtoribus careant, & ad suavem odorem præceptorum tuorum \* læti, (lætæ) in Ecclesia tua tibi deserviant, & proficiant de die in diem, ut \* idonei (idoneæ) efficiantur accedere ad gratiam baptismi tui percepta medicina; Per eundem Christum Dominum nostrum. *Re.* Amen.

*Hic Sacerdos benedicat Sal, nisi habeat jam benedictum, cujus exorcismum requirat in principio libri fol. 7, deinde accipiat de ipso sale benedicto, & mittat in os cuiuslibet infantis, dicendo:*

*Super singulos.*

**N.** Accipe salē sapientiæ, ut Christus sit tibi propitius in vitam æternam. Amen. Pax tecum.

*O remus.*

*Super omnes.*

**D**eus patrum nostrorum, Deus universæ conditor creaturæ, te supplices exoramus, ut \* hos famulos tuos *NN.* (has famulas tuas *NN.*) respicere digneris propitius, & hoc

pri-

primum pabulum Salis gustantes, non diutius  
 esurire permittas, quò minùs expleantur cibo  
 cœlesti: Sint semper Domini spiritu ferventes,  
 spe gaudentes, nomini tuo servientes, & perduc  
 \* eos ( eas ) ad novæ regenerationis lavacrum,  
 ut cum fidelibus tuis, promissionum tuarum,  
 æterna præmia consequi mereantur, Per Chri-  
 stum Dominum nostrum. **R.** Amen.

**Nota.** Quoties ponitur in margine (super mas-  
 culos) intellige talem orationem super mascu-  
 los tantùm legendam; sicut quando ponitur  
 (super fœmellas) super fœmellas tantùm: Re-  
 liqua dicenda sunt tam super masculos, quàm  
 super fœmellas.

**ITEM SACERDOS TER INFANTES**  
 cruce signando dicat.

**SUPER MASCULOS TANTUM.**

**D**eus ✠ Abraham, Deus ✠ Isaac, Deus  
 ✠ Jacob, Deus, qui Moyfi famulo tuo  
 in monte Sinai apparuisti, & filios Israel de ter-  
 ra Ægypti eduxisti, deputans eis Angelum pie-  
 tatis tuæ, qui custodiret eos die, ac nocte, te  
 quæsumus Domine, ut mittere digneris fan-

Super  
 Mascu-  
 los tan-  
 tùm.

Etum Angelum tuum de cœlis, qui similiter  
custodiat & hos famulos tuos **NN.** & perdu-  
cat eos ad gratiam baptismi tui; Per Christum  
Dominum nostrum. **℞.** Amen.

**SUPER FOEMELLAS TANTUM.**

Super  
Foemel-  
las tan-  
tum.

**D**EUS ✠ cœli, Deus ✠ terræ, Deus ✠  
Angelorum, Deus Archangelorum, De-  
us Patriarcharum, Deus Prophetarum, Deus  
Apostolorum, Deus Martyrum, Deus Confes-  
sorum, Deus Virginum, Deus omnium bene  
viventium, Deus, cui omnis lingua confitetur,  
& omne genu flectitur, cœlestium, terrestrium,  
& infernorum, te invoco, Domine, super has  
famulas tuas, ut perducere eas digneris ad gra-  
tiam baptismi tui; Per Christum Dominum no-  
strum. **℞.** Amen.

**PRIMA ADJURATIO DIABOLI**  
super omnes.

Super  
omnes.

**E**Rgo maledicte diabole, recognosce sen-  
tentiam tuam, da honorem Deo vivo, &  
vero, da honorem JESU Christo Filio ejus, &  
Spiritu sancto, & recede ab his ✠ famulis Dei  
**NN.** (famulabus Dei **NN.**) quia ✠ istos, (istas)

fibi

sibi Deus, & Dominus noster JESUS Christus, ad  
 suam sanctā gratiam, & benedictionē, Fontē-  
 que baptismatis, dono Spiritus sancti, vocare  
 dignatus est, & hoc signum sanctæ ✠ Crucis,  
 (cum pollice crucem faciat in fronte cujusli-  
 bet infantis) quod nos frontibus \* eorum (ea-  
 rum) damus, tu maledicte diabole, nunquam  
 audeas violare; Per eum, qui venturus est judi-  
 care vivos, & mortuos, & sæculum per ignem.  
 R. Amen.

### SUPER MASCULOS TANTUM.

Oremus.

**D**Eus immortale præsidium omnium po-  
 stulantium, liberatio supplicum, vita cre-  
 dentium, resurrectio mortuorum, te invoco  
 super hos famulos tuos **NN.** qui baptismi tui  
 donum petentes, æternam consequi gratiam  
 spirituali regeneratione desiderant: accipe hos,  
 Domine, qui dignatus es dicere, petite & acci-  
 pietis; quærite & invenientis; pulsate & aperie-  
 tur vobis; petentibus itaque præmium porri-  
 ge, & januam pande pulsantibus, ut æternam  
 cœlestis lavacri benedictionem consecuti, pro-  
 missa tui muneris regna percipiant; Qui cum

Super  
 Mascu-  
 los tan-  
 tum.

F 3

Patre,

Patre, & Spiritu sancto vivis & regnas Deus in  
 sæcula sæculorum. **R.** Amen.

**SUPER FOEMELLAS TANTUM.**

Super  
Foemel-  
las tan-  
tum.

**D**Eus ✠ Abraham, Deus ✠ Isaac, Deus  
 ✠ Jacob, Deus, qui tribus Israhel de  
 Ægyptiaca servitute liberaſti, & per Moysen  
 famulum tuum de custodia mandatorum tuo-  
 rum in deserto monuiſti, & Sufannam de falſo  
 crimine liberaſti, te ſupplex deprecor, Domi-  
 ne, ut liberaſ eas famulas tuas **NN.** & per-  
 ducere eas digneris ad gratiam baptiſmi tui;  
 Per Chriſtum Dominum noſtrum. **R.** Amen.

**SEDUNDA ADJURATIO**  
**Diaboli ſuper omnes.**

Super  
omnes.

**E**Rgo maledicte diabole recognoſce ſen-  
 tentiam tuam, da honorem Deo vivo &  
 vero, da honorem JESU Chriſto Filio ejus, &  
 Spiritui ſancto, & recede ab his ✠ famulis Dei  
**NN.** (famulabus Dei **NN.**) quia ✠ iſtos (iſtas)  
 ſibi Deus & Dominus noſter JESUS Chriſtus,  
 ad ſuam ſanctam gratiam, & benedictionem,  
 Fontemque baptiſmatis, dono Spiritus ſancti,  
 vocare dignatus eſt, & hoc ſignum ſanctæ ✠

Cru-

CRUCIS ( cum pollice crucem faciat in fronte  
 cu, uslibet infantis ) quod nos frontibus\* co-  
 rum ( earum ) damus, tu maledicte diabole,  
 nunquam audeas violare; Per eum, qui ven-  
 turus est iudicare vivos, & mortuos, & sæcu-  
 lum per ignem. **Rz.** Amen.

**EXORCISMUS SEQUENS DICA-  
 tur tantum super adultos baptizandos, in  
 baptismo verò parvulorum  
 omittatur.**

**A** Udi maledicte satana, adjuratus per no-  
 men æterni Dei, & Salvatoris nostri Filij e-  
 jus, cum tua victus invidia tremens, gemens-  
 que discede, nihil tibi sit commune cum ser-  
 vis Dei jam cœlestia cogitantibus, renunciatu-  
 ris tibi, ac sæculo tuo, & beatæ immortalitati  
 victuris. Da igitur honorem adveniēti Spi-  
 ritui sancto, qui ex summa cœli arce descen-  
 dens, perturbatis fraudibus tuis, divino fonte  
 purganda pectora, id est, Deo sanctificanda  
 templa, & habitacula perficiat. & ab omnibus  
 penitus noxijs præteritorū criminum\* liberati  
 ( liberatæ ) \* hi famuli Dei **NN.** ( hæ famulæ  
 Dei **NN.** ) gratias perenni Deo semper referant,

Super  
 adultos  
 tantum.

&

& benedicant nomen ejus sanctum in sæcula  
sæculorum. *℞.* Amen.

**EXORCISMUS SUPER**  
Masculos.

Super  
Masculos  
tantum.

**E**Xorcizo te, immunde spiritus, in nomi-  
ne Patris ✠, & Filij ✠, & Spiritus ✠  
sancti, ut ex eas, & recedas ab his famulis Dei  
**NN.** ipse enim tibi imperat, maledicte diabo-  
le, atque damnate, qui pedibus suis super ma-  
re ambulavit, & Petro mergenti dexteram por-  
rexit, IESUS Christus Dominus noster, qui  
venturus est judicare vivos, & mortuos, & sæ-  
culum per ignem. *℞.* Amen.

**EXORCISMUS SUPER**  
Fœmellas.

Super  
Fœmel-  
las tan-  
tum.

**E**Xorcizo te, immunde spiritus, per Pa-  
trem ✠, & Filium ✠, & Spiritum ✠  
sanctum, ut ex eas, & recedas ab his famula-  
bus Dei **NN.** ipse enim tibi imperat, maledicte  
damnate, qui cæco nato oculos aperuit, &  
quadriduanum Lazarum de monu-  
mento suscitavit.  
*℞.* Amen.

TER-

**TER TIA ADJURATIO DIABOLI**  
super omnes.

**E**Rgo maledicte diabole recognosce sententiam tuam, da honorem Deo vivo, & vero, da honorem JESU Christo Filio ejus, & Spiritui sancto, & recede ab his \* famulis Dei **NN.** ( famulabus Dei **NN.** ) quia \* istos, (istas) sibi Deus & Dominus noster JESUS Christus, ad suam sanctam gratiam, & benedictionem, Fontemque baptismatis, dono Spiritus sancti, vocare dignatus est, & hoc signum sanctæ **✝** Crucis ( cum pollice crucem faciat in fronte cujuslibet infantis ) quod nos frontibus \* eorum ( earum ) damus, tu maledicte diabole, nunquam audeas violare; Per eum, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem. **R.** Amen.

Super  
omnes.

Oremus.

**Æ**Ternam ac mitissimam pietatem tuam deprecor, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, auctor luminis ac veritatis, super hos \* famulos **NN.** ( has famulas tuas **NN.** ) ut digneris \* eos, ( eas ) illuminare lumine intelligentiæ tuæ, munda \* eos

Super  
omnes.

G

( eas )

cas & sanctifica, & da eis scientiam veram, ut \*digni (dignæ) efficiantur accedere ad gratiam baptismi tui, teneant firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam, ut \*apti, (aptæ,) sint ad percipiendam gratiam baptismi tui; Per Dominum nostrum JESUM Christum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. *R Amen.*

Dominus vobiscum.

Hic faciat crucem in ✠ fronte, ✠ ore, & ✠ pectore singulorum infantum dicendo.

Sequentia sancti Evangelij, secundum Matthæum.

Deinde imponat dexteram super unum infantem, scilicet masculinum, si adsit.

*Super omnes* **I**N illo tempore: Oblati sunt JESU parvuli, ut manus eis imponeret, & oraret, discipuli autem ejus increpabant eos: JESUS verò ait illis, finite illos, & nolite prohibere eos ad me venire, talium est enim regnum cœlorum. Et cum imposuisset eis manus abiit inde. (*Hic deponendo manum dicat.*) Per istos sacros

fermo-

sermone indulgeat Dominus noster universa peccata nostra, & delicta. *Rz.* Amen.

**DEINDE SACERDOS ADMONEAT** populum astantem, ut simul dicat flexis genibus orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, & Symbolum Apostolorum pro salute infantum.

Potest autem breviter monere populum, modo supra posito Germanicè, folio 26.

Postea flectat Sacerdos genua seorsim cum astantibus, & dicat ipse etiam Pater noster, Ave Maria, & Credo.

Si baptizandi fuerint adulti, Sacerdos tam Evangelium quàm admonitionem ad astantem populum omittit, recitat tamen flexis genibus clara voce cum ipsis baptizandis orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, & Symbolum Apostolorum, quibus dictis subjungit sequentem Exorcismum.

Advertat insuper, uti supra etiam monuimus, quòd si tempore hyemis ingens sit frigus, ne denudati infantes, eo nimium afficiantur, po-

terit commodè etiam hìc ante valuas Ecclesiæ breviter admonere Patrinos sui officij, ut supra fol. 29. germanicè positum est, & deindè ante Baptisterium solitam monitionem omittere: Si verò nullum sit frigoris periculum, eam differat usque ad locum solitum Baptisterij, surgatque, & pergat dicendo.

## EXORCISMUS.

Super  
omnes.

**N**Ec te lateat, fatana, imminere tibi pœnas, imminere tibi tormenta, imminere tibi diem iudicij, diem supplicij sempiterni, diē qui venturus est velut clibanus ardens, in quo tibi, atque universis angelis tuis, æternus superveniet interitus; Proinde damnate, atque damnande, da honorem Deo vero, & vivo, da honorem JESU Christo Filio ejus, & Spiritui sancto, in cujus nomine, atque virtute præcipio tibi, quicumque es, spiritus immunde, ut exeas, atq; recedas \* ab his famulis Dei NN. (ab his famulabus Dei NN.) \* quos (quas) hodie Deus, & Dominus noster JESUS Christus ad suam sanctam gratiam, & benedictionem, Fontēque baptismatis dono Spiritus sancti vocare dignatus est, ut fiant ejus templa

per

per aquam regenerationis, in remissionem omnium peccatorum: In nomine eiusdem Domini nostri JESU Christi, qui venturus est iudicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem. **Rz.** Amen.

**DEINDE EXPUAT IN TERRAM**  
miscendo sputum pulvere, & tangat pollice aures singulorum infantum, dicendo ad singulos.

Ephphetha; quod est, adaperire.

Postea nares dicendo.

In odorem suavitatis.

Demum subjungat.

Tu autem effugare, maledicte diabole, appropinquabit enim iudicium Dei.

**HIS ERGO RITE PERACTIS, SACERDOS** inducat infantes in Ecclesiam, porrigendo stolam portantibus eos, dicendo.

**I**ngredimini in Ecclesiam Dei, ut mereamini computari inter filios Dei; In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. **Rz.** Amen.

Super  
singulos.

Super  
omnes.

Deinde aspergat omnes aqua benedicta.  
 Quo facto, itur ad fontem baptismi, ubi  
 mulieres denudant infantes, & preparant eos ad  
 baptismum.

Sacerdos verò interim sumit oleum sacrum,  
 & chrisma præeunte candela: idem in loco  
 apto propè baptisterium collocat; Deinde Ma-  
 trinae in manibus teneant infantes coram Sacer-  
 dote vertente faciem suam ad Orientem. Pa-  
 trinos itaque atque Matrinas Sacerdos admo-  
 neat sui officij, modo supra dicto, folio 29.

Hic ponant Patrini & Matrinae manus super ca-  
 pita infantum, & proferant nomina  
 eorum, dicendo.

**N. N.**

Deinde Sacerdos petat de abrenuntiatione  
 satanae.

Super omnes. **NN.** Abrenuntiatis satanae?  
**nn.** Widersagendt ihr dem Teuffel?

Respondeat quilibet Patrinus & Matrina  
 loco infantis; Si autè baptizandi fuerint adulti,  
 psimet ad singulas interrogationes respondeant.

**Ich**

Ich widersag.

**Sacerdos.**

Et omnibus pompis eius?

Vnd aller seiner Hoffart?

**Respondeant Patrini:**

Ich widersag.

**Sacerdos.**

Et omnibus operibus eius?

Vnd allen seinen Wercken?

**Respondeant Patrini.**

Ich widersag.

**Postea Sacerdos interroget de fide  
infantum.**

Creditis in Deum Patrem omnipotentem,  
creatorem cœli, & terræ?

Glaubendt ihr in Gott Vatter Allmächtigen/  
Schöpffer Himmels vnd der Erden?

**Respondeant Patrini.**

Ich glaub.

**Sacerdos.**

Creditis & in JESUM Christum Filium ejus  
unicum, Dominum nostrum; Qui conceptus  
est de Spiritu sancto. Natus ex Maria virgine.

Passus

Passus sub Pontio Pilato. Crucifixus, mortuus, & sepultus. Descendit ad inferos: tertia die resurrexit à mortuis. Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Inde venturus est iudicare vivos, & mortuos?

Glaubendt ihr auch in IEsu[m] Christum seinen einigen Sohn / vnsern H[er]m / der empfangen ist von dem heiligen Geist / geböhren auß Maria der heiligen Jungfrawen / gelitten vnder Pontio Pilato / geereuziget / gestorben / vnd begraben / abgestigen zu der Höllen / am dritten Tag wider auff erstanden von den Todten / auffgefahren gen Himmel / sitzet zu der gerechten Hand Gottes Allmächtigen Vatters / von dannen Er kommen wird zu richten die Lebendigen / vnd die Todten?

**Respondeant Patrini.**

Ich glaub.

**Sacerdos.**

Creditis & in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, Sanctorum comunione[m], remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam æternam?

Glaub

Glaubendt ihr auch an den Heiligen Geist/  
ein heilige allgemeine Christentliche Kirchen / Ge-  
meinschafft der Heiligen / Vergebung der Sünden/  
Aufferstehung des Fleischs / vnd ein ewiges Leben ?

Respondeant Patrini.

Ich glaub.

Hic jubeat deponi manus patrinorum di-  
cendo.

Legendt die Hand ab.

DEINDE SACERDOS RECIPIAT  
quemlibet infantem, primò masculos, deinde  
foemellas, tenens \* eos (eas) cautè super Bap-  
tisterium, & faciat crucem, intincto pollice  
cum oleo sancto, primò in pectore infantis:  
deinde in scapulis: & proferat nomen ejus di-  
cens:

N. Ego te ✠ linio ( Hic faciat crucem in <sup>Super</sup>  
pectore) oleo salutis; In Christo JESU ✠ <sup>singulos.</sup>  
( Hic faciat crucem inter scapulas ) Domino  
nostro. R. Amen.

Postea proferat Sacerdos nomen infantis,  
& dicat.

H

N. Vis

**N.** Vis baptizari ?

**R.** Wilt du getaufft werden ?

**Respondeant Patrini.** Volo.

Ich will.

**Deinde petat denuò Sacerdos à singulis patrinis.**

Ist das Kind aber nit gäch getaufft worden ?

**Si respondeant.**

Ja Herz.

**Tunc non rebaptizet, sed seruet ea, quae  
suprà sunt posita folio 14**

**Si verò respondeant.**

Nein Herz.

**Tunc baptizet quemlibet infantē his verbis.**

**N.** Ego te baptizo in nomine Patris ✠, &  
<sup>Super</sup> **Filij ✠, & Spiritus ✠ sancti. R.** Amen.  
<sub>singulos.</sub>

**Si verò infans sit sub conditione baptizandus, utatur hac forma.**

**N.** Si tu es baptizatus, ego te non rebaptizo:  
Sed si non es baptizatus, ego te baptizo in nomi-  
ne Patris ✠, & Filij ✠, & Spiritus ✠ sancti.  
**R.** Amen.

**DEIN.**

**DEINDE PATRINUS INFANTEM**  
 recipiat, tenendo eundem, quoad Sacerdos  
 chrisma requirat, & hæc verba  
 proferat.

**D**eus omnipotens, Pater Domini nostri  
 JESU Christi, qui te regeneravit ex aqua,  
 & Spiritu sancto, qui que dedit tibi remissionem  
 omnium peccatorum tuorum.

Super  
 singulos.

**Hic faciat Sacerdos crucem cum chrismate,**  
 non in fronte infantis, sed in ejus vertice  
 dicens.

**I**psæ te liniat chrismate ✝ salutis in Christo  
 JESU, Domino nostro, ut habeas vitam æ-  
 ternam. **℞.** Amen.

**Post hoc Sacerdos ponat linteam super caput**  
 infantis dicens.

**N** accipe vestem candidam, sanctam, &  
 imaculatam, quam perferas ante tribu-  
 nal Christi, ut habeas vitam æternā. **℞.** Amen.

Super  
 singulos.

**Si sit puer dicat signando eum signo**  
 crucis.

Vade in pace ✝, pax tecum.

H 2

Si

## Ordo baptizandi plures.

Si verò foemina.

Vade in pace ✠, fides tua te salvam fecit.

His ita ritè expletis observet Sacerdos baptizans  
 ea, quæ supra post primum ordinem baptizan-  
 di dicta sunt. fol. 37. & nomina baptizatorum,  
 eorúmque Parentum, & Susceptorum in  
 libro Baptismali diligenter  
 describat.



ORDO

ORDO,  
 ET MODVS BAP-  
 TIZANDI TEMPORE  
 NECESSITATIS, SIVE IN ARTICU-  
 lo mortis, cum videlicet probabiliter cre-  
 ditur baptizandum immediate  
 moriturum.



**S**I contigerit infantem aliquem  
 vel adultum ob imminens mor-  
 tis periculum, vel alia urgente  
 ex causa domi, vel etiam ante  
 fores Ecclesiae esse baptizan-  
 dum, tunc Sacerdos, (si adsit)  
 vel clericus, aut hoc deficiente alius quicumque;  
 homo utens forma & materia debita, habensque;  
 intentionem faciendi, quod facit sancta Mater  
 Ecclesia, omnibus omissis baptismum praecedentibus, ter, vel etiam tantum semel in mo-

H 3

dum

dum Crucis fundat aquam naturalem simplicem ( si benedicta haberi non possit ) super caput aut aliud notabile membrum baptizandi, semel tantum hanc formam proferens:

**E** Go te baptizo in nomine Patris ✠, & Filij ✠, & Spiritus ✠ sancti. *R.* Amen.

Hunc eundem modum baptizandi parochi doceant obstetrices, quæ sint honestæ mulieres ab ipsis imprimis, & sæculari potestate loci approbata, ut in extrema necessitate sic infantes in lingua germanica baptizent, ita ut dum formam proferunt, simul aquam naturalem simplicem super caput infantis fundant, cum debita intentione faciendi, quod facit Ecclesia, dicendo:

**I**ch tauffe dich im Namen Gottes Vatters ✠ / vnd des Sohns ✠ / vnd des heiligen ✠ Geists / Amen.

Si taliter baptizatus supervixerit, & nullum sit prudens & probabile dubium de validitate Baptismi, si nimirum Parochus ipse, vel alius Clericus, aut integerrimæ famæ vir baptizavit in-

fan-

fantem, tunc Parochus vel Sacerdos supplebit  
omissa ordine infra mox præscribendo. Si au-  
tem propter prudens & probabile dubium Bap-  
tismus sit sub conditione, uti supra folio 14.  
dictum, repetendus, tunc servabit modum, &  
ordinē supra de Baptismo fol. 13. præscriptum,  
usque ad formam Baptismi, quam sub con-  
ditione repetet, ut ibi notatum fol. 36. cæteris  
immutatis permanentibus.



ORDO



O R D O  
ET MODVS ADHIBENDI  
RITUS, ET CÆREMONIAS CON-  
suetas cum infantibus, vel adultis utriusque se-  
xus, ante valuas Ecclesiæ, vel domi in ar-  
ticulo mortis baptizatis.



I infans, vel adultus quispiam urgen-  
te mortis periculo, vel alia cogente ne-  
cessitate sacris Precibus, & Cæremo-  
nijs omissis ritè & debita sub forma  
fuerit baptizatus, neq; ullū sit probabile & mo-  
rale dubiū de valore baptismi, adeoq; neque sub  
conditione rebaptizandus, ut superius dictum  
fol. 62. ubi convaluerit vel cessaverit pericu-  
lum, & ad Ecclesiam delatus, vel deductus fue-  
rit, omnia suppleantur, & Cæremonia à  
Parocho vel Sacerdote sequentes adhibeantur.

PRI-

**PRIMO BAPTIZATUM INFANTEM,**  
vel adultum ducat in Ecclesiam ad altare, vel  
alium locum consuetum, eumque ante se con-  
sistentem nomine suo compellans, signet  
sancta ✠ cruce tam in fronte, quam  
in pectore, dicens.

**N** Accipe signaculum sanctæ Crucis Do-  
mini nostri J E S U Christi tam in ✠  
fronte, quam in ✠ corde, sume fidem cœ-  
lestium præceptorum, talis esto moribus, ut  
templum Dei jam esse possis, receptusque  
(receptaque) in Ecclesiam Christi, evasisse te  
laqueos diaboli, ✠ lætus ( læta ) agnosce.  
*Sequentia usq; ad Orationem exclusive dicun-  
tur tantum super adultum.* Horresce idola,  
respue simulacra, cole Deum Patrem omnipo-  
tentem, & JESUM Christum Filium ejus, qui  
cum eodem Patre in unitate Spiritus sancti vi-  
vit, & regnat Deus; Per omnia sæcula sæculo-  
rum. **R.** Amen.

**Si adultus baptizatus fuit Judæus, loco verbo-  
rum ( horresce idola, respue simulacra ) dicitur  
( horresce Judaicam perfidiam, respue Hæbra-  
I icam**

icam superstitionem) si fuit Saracenus, vel Turca, vel Persa dicitur ( horresce Mahumeticam perfidiam, respue pravam sectam infidelitatis.)

**D**ominus vobiscum.

**O**remus.

**O**Mnipotens sempitene Deus, Pater Domini nostri JESU Christi, respicere dignare super \* hunc famulum tuum ( hanc famulam tuam ) \* quem ( quam ) dudum ad rudimenta fidei vocare dignatus es, omnem cæcitatem cordis ab \* eo ( ea ) expelle, disrumpe omnes laqueos diaboli, quibus fuerat \* alligatus ( alligata ) aperi ei januam pietatis tuæ, ut signo sapientiæ \* imburus ( imbuta ) omnium cupiditatum foetoribus careat, & ad suavem odorem præceptorum tuorum \* lætus ( læta ) tibi in Ecclesia tua deserviat, & proficiat de die in diem, ut \* idoneus ( idonea ) sit frui gratia baptismi tui, quem suscepit; Per Christum Dominum nostrum. *Rz.* Amen.

*Hic Sacerdos de Sale exorcizato, cujus exorcismum requirat in principio libri fol. 7., mittat in os baptizati dicens.*

**N.** Ac-

**N** Accipe salem sapientiæ, ut Christus sit  
 tibi propitius in vitam æternam.  
 R. Amen. Pax tecum.

## Post gustum Salis oratio:

Oremus.

**D**eus Patrum nostrorum, Deus universæ  
 conditor creaturæ, te supplices exoramus  
 ut \* hunc famulum tuum ( hanc famulam tu-  
 am ) respicere digneris propitius, & hoc pabu-  
 lum Salis gustantem, non diutius esurire per-  
 mittas, quò minus expleatur cibo cœlesti, qua-  
 tenus sit semper spiritu fervens, spe gaudens,  
 nomini tuo deserviens: Et \* quem ( quam )  
 ad novæ regenerationis lavacrum perduxisti,  
 quæsumus Domine, ut cum omnibus fidelibus  
 tuis promissionum tuarum, & æternorum præ-  
 miorum facias esse participem; Per Christum  
 Dominum nostrum. R. Amen.

Postea Sacerdos faciat crucem super baptiza-  
 tum Masculum dicens.

Oremus.

**D**eus ✠ Abraham, Deus ✠ Isaac, De-  
 us ✠ Jacob, Deus, qui Moyfi famulo

Super  
 Masculum tan-  
 tum.

I 2

tuo

tuo in monte Synani apparuisti, & filios Israhel de terra Ægypti eduxisti, deputans eis Angelum pietatis tuæ, qui custodiret eos die ac nocte: Te quæsumus, Domine, ut mittere digneris sanctum Angelum tuum, qui similiter custodiat & hunc famulum tuum, ut teneat gratiam baptismi tui, quem suscepit; Per Christum Dominum nostrum. *Rz.* Amen.

*Super Fœmellam tantum.*

Oremus.

*Super Fœmellam tantum.*  
**D**eus ✠ cœli, Deus ✠ terræ, Deus ✠ Angelorum, Deus Archangelorum, Deus Patriarcharum, Deus Prophetarum, Deus Apostolorum, Deus Martyrum, Deus Confessorum, Deus Virginum, Deus omnium bene viventium, Deus, cui omnis lingua confitetur, & omne genu flectitur cœlestium, terrestrium, & infernorum, te invoco, Domine, super hanc famulam tuā, ut eam custodire digneris, quam ad gratiam Baptismi tui pervenire fecisti; Per Christum Dominum nostrum. *Rz.* Amen.

Oremus.

**Æ**Ternam, ac mitissimam pietatem tuam deprecor, Domine sancte, Pater omnipotens,

potens, æterne Deus, auctor luminis & veritatis, super + hunc famulum tuum ( hanc famulam tuam ) ut digneris\* illum ( illam ) illuminare lumine intelligentiæ tuæ. Munda + eum ( eam ) & sanctifica, & da ei scientiam veram, ut dignus ( digna ) sit frui gratia Baptismi tui, quem suscepit: Teneat firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam, ut + aptus ( apta ) sit ad retinendam gratiam Baptismi tui; Per Dominum nostrum JESUM Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus; Per omnia sæcula sæculorum. ✠. Amen.

Dominus vobiscum.

Hic Sacerdos faciat crucem in fronte ✠ ore ✠, & pectore ✠ infantis dicens.

Sequentia sancti Evangelij, secundum Marcum.

Deinde ponat dexteram super infantem.

**I**N illo tempore; Offerebant JESU parvulos, ut tangeret illos: Discipuli autem comminabantur offerentibus. Quos cum vidisset JESUS, indignè tulit, & ait illis: Sinite parvulos

venire ad me, & ne prohibueritis eos, talium est enim regnum cælorum: Amen dico vobis, quisquis non receperit regnum Dei velut parvulus, ille non intrabit in illud. Et complexas eos, & imponens manus super illos, benedicebat eos.

**Hic deponat dexteram dicendo.**

Per Evangelica dicta deleantur omnia nostra peccata, & delicta. **rs.** Amen.

**Deinde moneat Sacerdos circumstantes, ut & ipsi orent pro salute infantis, dicendo flexis genibus, Pater noster, Ave Maria, & Credo.**

**Potest autem eos breviter monere hoc vel simili modo germanice.**

**A**ndächtige in Christo dem Herzen / Die weil  
 nun vnser lieber hErz Iesus Christus die  
 Kindlein ihme zuzubringen / in dem jetzt abg. lesnen  
 Evangelio befohlen / vnd solchen das Reich der  
 Himmel warhafftig verheissen hat / so lassende vns  
 nun auch das gegenwärtige Kindlin mit andäch-  
 tigem / demüthigem Gebett / zu ihm bringen / ihn  
 treulich anruffen / vnd bitten / daß er / weil er es  
 durch

durch den Tauff in sein heiliges Reich gesetzt / vnd  
 angenommen / ihm auch sein Göttliche Gnad mit  
 theil'n wölle / damit / so lang es in disem Jammer-  
 thal verbleibt / nach seinem Göttlichen Willen vnd  
 Gebotten / könde leben / vnd nach disem ellenden Le-  
 ben / mit sampt den Eltern / vnd vns allen / die ewi-  
 ge Freud vnd Seeligkeit erlangen / vnd besitzen  
 möge. Solches von dem Allmächtigen Gott /  
 vnd Vatter aller Gnaden / vnd Gutthaten / durch  
 Iesum Christum vnsern lieben Herrn zu erwer-  
 ben / sprechendt von Grund ewers Herzens / mit  
 mir ein andächtiges Vatter vnser / Englischen  
 Gruß / vnd heiligen Christlichen Glauben.

*Hic flectat Sacerdos genua seorsim, & cum  
 adstantibus, dicat Orationem Dominicam, Salu-  
 tationem Angelicam, & Symbolum Apostolo-  
 rum.*

*Si fuerit adultus, omittitur Evangelium, &  
 admonitio ad populum, dicitur tamen Pater no-  
 ster, Ave Maria, & Credo flexis genibus, tam  
 ab ipso baptizato, quàm alijs adstantibus.*

*His expletis, surgat Sacerdos, & super baptiza-  
 tum adultum dicat Exorcismum sequentem.*

EXOR.

## EXORCISMUS.

Super  
adulicum

**N**Ec te lateat, fatana, imminere tibi poenas, imminere tibi tormenta, imminere tibi diem iudicij, diem supplicij sempiterni, diem, qui venturus est velut clibanus ardens, in quo tibi, atque universis angelis tuis, æternus superveniet interitus: proinde damnate atque damnande, da honorem Deo vero & vivo, da honorẽ JESU Christo Filio ejus, & Spiritui sancto, in cujus nomine, atque virtute, præcipio tibi, quicumq; es, spiritus immunde, ut exas, atque recedas \* ab hoc famulo Dei **N.** ( ab hac famula Dei **N.** ) \* quem ( quam ) hodie Deus & Dominus noster JESUS Christus, ad suam sanctam gratiam, & benedictionem, Fontemque Baptismatis, dono suæ gratiæ vocare dignatus est, ut fieret ejus templum, per aquam regenerationis, in remissionem omnium peccatorum; In nomine ejusdem Domini nostri JESU Christi, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignẽ. **R.** Amen.

**Deinde exspuat in terram miscendo sputum pulvere, & tangat pollice aures baptizati dicendo.**

Eph-

cum jam baptizatis.

73

Ephphetha; quod est adaperire.

Postea nares dicendo.

In odorem suavitatis.

Denum subjungat:

Tu autem effugare, maledicte diabole, appropinquabit enim judicium Dei.

Postea Sacerdos alloquatur patrilinos, & moneat eos sui officij, ut supra fol. 29.

DEINDE PONANT PATRINI MANUS super caput infantis, ac proferant ejus nomen dicendo.

N.

Sacerdos verò pergat dicendo.

N. Abrenuntias satanæ?

R. Widersagst du dem Teuffel?

Respondeant Patrini loco infantis;

Si verò sit adultus ipsemet respondeat.

Ich widersag.

Sacerdos.

Et omnibus pompis ejus?

Und aller seiner Hoffart?

K

Respon-

## Respondeant Patrini.

Ich widersag.

Sacerdos.

Et omnibus operibus ejus ?

Vnd allen seinen Wercken ?

## Respondeant Patrini.

Ich widersag.

Postea Sacerdos interroget de fide infantis.

**N.** Credis in Deum Patrem omnipotentem,  
creatorem cœli, & terræ ?

**R.** Glaubst du in Gott Vatter Allmächtigen/  
Schöpffer Himmels vnd der Erden ?

## Respondeant Patrini.

Ich glaub.

Sacerdos.

Credis & in JESUM Christum Filium ejus  
unicum, Dominum nostrum; Qui conceptus  
est de Spiritu sancto. Natus ex Maria virgine.  
Passus sub Pontio Pilato; Crucifixus, mortuus,  
& sepultus; Descendit ad inferos, tertia die re-  
surrexit à mortuis; Ascendit ad cœlos, sedet ad

dexte-

dexteram Dei Patris omnipotentis; Inde venturus est iudicare vivos & mortuos?

Glaubst du auch in Iesum Christum seinen einigen Sohn / vnsern Herrn / der empfangen ist von dem heiligen Geist / geboren auß Maria der heiligen Jungfrauen / gelitten vnder Pontio Pilato / gecreuziget / gestorben / vnd begraben / abgestigen zu der Höllen / am dritten Tag wider auff erstanden von den Todten / auffgefahren gen Himmel / sitzet zu der gerechten Hand Gottes Allmächtigen Vatters / von dannen Er kommen wird zu richten die Lebendigen / vnd die Todten?

**Respondeant Patrini.**

Ich glaub.

**Sacerdos.**

Credis & in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, Sanctorum comunio-  
nem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam æternam?

Glaubst du auch an den Heiligen Geist / ein heilige allgemeine Christenliche Kirchen / Gemeinschaft der Heiligen / Vergebung der Sünden / Auferstehung des Fleisches / vnd ein ewiges Leben?

Respondeant Patrini.

Ich glaub.

Hic jubeat deponi manus patrino-  
rum dicens.

Legendt die Hånd ab.

Deinde Sacerdos intincto pollice in oleum Ca-  
techumenorum, quod oleum sanctum, seu Sa-  
lutis appellatur, denudato pectore infantis,  
faciat primò crucem ✝ in pectore  
dicens.

**N.** Ego te linio oleo ✝ salutis.

Et mox eodem oleo faciat aliam crucem  
inter scapulas ejus dicens.

In Christo ✝ JESU, Domino nostro.

Deinde abstersum pollicem intingat in sa-  
crum Chrisma, & incipiat hanc  
orationem.

**D**Eus omnipotens, Pater Domini nostri  
JESU Christi, qui te regeneravit ex aqua,  
& Spiritu sancto, qui que dedit tibi remissionem  
omnium peccatorum tuorum.

Hic

Hic faciat crucem cum chrismate in vertice  
infantis subjungendo.

**I**Pse te liniat chrismate ✠ salutis in Christo  
JESU, Domino nostro, ut habeas vitam æ-  
ternam. *R.* Amen.

Postremò Sacerdos ponat linteum super caput  
infantis dicens.

**N** Accipe vestem candidam, sanctam, &  
immaculatam, quam perferas ante tribu-  
nal Christi, ut habeas vitam æternā. *R.* Amen.

Super Masculum dicat.

Vade in pace ✠, pax tecum.

Super Fœmellam.

Vade in ✠ pace, fides tua te salvam fecit.

Demū Sacerdos ablutis duobus digitis, pol-  
lice scilicet cum indice aquâ naturali cum sale  
mixta, statim inscribat in Baptismali libro ad hoc  
specialiter deputato nomen tam ipsius ab ipso  
hoc vel illo die baptizati, quàm nomina Parentū,  
ac Susceptorum, sive Patrini & Matrinæ juxta  
Concilium Tridentin. Sess. 24. cap. 2. de refor-  
mat. Quod etiā in præcedentibus baptizandi  
modis jam admonuimus, & ab omnibus omni-  
nò & exactè ac accuratè observari volumus.

O R D O  
I N T R O D V C E N D I  
M U L I E R E S I N E C C L E S I A M  
P O S T P A R T U M.

Sacerdos veniens ad valvas Ecclesiæ veste  
chorali, & stola indutus dicat.

Sey Gott gelobet der Freuden.

Muliere respondente, & gratias ei agente,  
pergat dicendo.

**A**ufer, Domine, à famula tua cunctas ini-  
quitates suas, ut ad sancta sanctorum pu-  
ra mereatur mente introire; Per Christum Do-  
minum nostrum *rz.* Amen.

Deinde legatur Psalmus.

**L**Evavi oculos meos in montes, unde ve-  
niet auxilium mihi.

**A**uxilium meum à Domino, qui fecit cœ-  
lum & terram.

N on

**N**on det in comotionem pedem tuum, neque dormitet qui custodit te.

**E**cce non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israel.

**D**ominus custodit te, Dominus protectio tua, super manum dexteram tuam.

**P**er diem sol non uret te, neque luna per noctem.

**D**ominus custodit te ab omni malo, custodiat animam tuam Dominus.

**D**ominus custodiat introitum tuum & exitum tuum, ex hoc nunc & usque in seculum.

**G**loria Patri & Filio, & Spiritui sancto.

**S**icut erat in principio & nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

**Ps.** **N**e reminiscaris Domine delicta nostra, vel parentum nostrorum. **R.** **N**eque vindictam sumas de peccatis nostris. **K**yrie eleison. **C**hriste eleison. **K**yrie eleison. **P**ater noster. **Ps.** **E**t ne nos inducas in tentationem. **R.** **S**ed libera nos à malo. **Ps.** **S**alvum fac famulam tuam Domine. **R.** **D**eus meus sperantem in te. **Ps.** **E**sto ei Domine turris fortitudinis. **R.** **A** facie inimici. **Ps.** **N**ihil

hil proficiat inimicus in eâ. **R.** Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. **V.** Domine exaudi orationem meam. **R.** Et clamor meus ad te veniat. **D**ominus vobiscum.

**O**remus.

**O**Mnipotens sempiternus Deus, majestatem tuam supplices exoramus, ut sicut unigenitus Filius tuus, cum nostræ carnis substantia, in templo est præsentatus, ita facias hanc famulam tuam, purificata tibi mente in templo tuo præsentari; Per eundem Christum Dominum, &c.

**O**Mnipotens sempiternus Deus, Pater Domini nostri JESU Christi, qui unigenitum tuum, unâ cum matre sua semper virgine Maria, post quadraginta dierum spatium, in templo præsentari voluisti, benedicere ✠ & sanctificare ✠ dignare hanc famulam tuam, post partum suum, tibi Domino Deo nostro ad templum hoc purificandi gratia præsentatam, & concede propitius, ut sicut eam, per nostrum officium, ad templum istud terrenum, introducimus, sic post finem vitæ præsentis,

regni

**Post partum in Ecclesiam.**

81

regni cœlestis mereatur introitum; Per eundem Christum Dominum nostrum. **Rz.** Amen.

**Deinde Sacerdos porrigat ei stolam, introducendo eam in Ecclesiam, dicens.**

**D**ominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum, ex hoc nunc, & usque in sæculum. **Rz.** Amen.

**Postremò aspergat eam aqua benedicta, & dicat,**

Aqua benedicta deleantur omnia peccata nostra, & delicta. **Rz.** Amen.



**Hic jam secundum ordinem Sacramentorum agendum esset post Baptismum de Confirmatione, & post Eucharistiam de Ordine; verùm quia horum administratio non spectat ad Parochos, sed potius ad Episcopos, ideò ea omitimus.**

L

**Pfal.**

## Ordo administrandi

Pfal. 129.

De profundis clamavi ad te  
Domine.

Domine exaudi vocem meam.

ORDO



O R D O  
 ADMINISTRANDI  
 SACRAMENTUM  
 PŒNITENTIÆ TAM

ægotis domi, quàm Sanis in  
 Ecclesia.



Ntequàm confessionem excipiat  
 Confessarius, duo sunt ei agenda:  
 Primò, cùm ad confitendum ho-  
 mines accedunt, ipse cum detesta-  
 tione suorum peccatorum in templo veste cho-  
 rali, & stola violacei coloris indutus, excitet in se  
 desiderium, & zelum salutis animarum, per hujusmo-  
 di, aut similem orationem vocalem, vel mentalem.

- ✠. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
- R. Qui fecit cœlum & terram.
- ✠. Domine exaudi orationem meam.
- R. Et clamor meus ad te veniat.

L 2

Ore-

Oremus.

**D**omine Deus propitius esto mihi peccatori, qui me indignum, per tuam magnam misericordiam, ministrum fecisti Sacramenti Pœnitentiæ, quiq̃ omnes homines vis salvos fieri, non mortem volens peccatorum, sed ut convertantur, & vivant, suscipe orationem meam, quam fundo ante conspectum tuum, pro peccatis meis, & pro famulis, ac famulabus tuis ad pœnitentiã venientibus, ut illis largiri digneris spiritum compunctionis, quò respiscant à laqueis diaboli, & ad te corde contrito per veram confessionem, & dignos pœnitentiæ fructus revertantur. Amen.

Postea percusso pectore, corde, & ore dicat.

Deus propitius esto mihi peccatori.

**DEINDE POENITENS DEPONAT**  
arma, si forte illis accinctus sit, & cujuscunq̃  
status, vel dignitatis sit, flexis ambobus geni-  
bus, si prævaletudine flectere possit, nudo ca-  
pite, junctis manibus, facto signo sanctæ cru-  
cis, dicendo. In nomine Patris **✝**, & Filij

**✝**, &

**Sacramentum Pœnitentiæ.**

85

✠, & Spiritus ✠ sancti. Amen. **Petatur  
humiliter à Sacerdote, an velit ejus confessionem  
excipere, dicendo.**

Herz wöllendt ihr mich umb Gottes willen  
zu Beicht hören?

**Sacerdos respondeat.**

Ja ich will.

**Simulque ei benedicat, si forsan ipsemet sa-  
cerdotalem benedictionem petere  
nesciat, dicendo.**

So bitte ich euch umb den heiligen Segen/da-  
mit ich meine Sünd recht / vnd vollkommlich möge  
beichten / vnd bekennen.

**Ipsemet benedicat ei his verbis.**

Deus sit in corde tuo, & in labijs tuis, ut dig-  
nè, & competenter annunties omnia peccata  
tua; In nomine ✠ Patris, & Filij, & Spiritus  
sancti. Amen.

**Tunc pœnitens incipiat suam confessionem  
generalem latine vel germanicè, usque ad hæc  
verba. Ideò precor, &c. Postea enarret sua  
peccata omnia, quorū memoriam habet, juxta**

L 3

ordi-

ordinem decem præceptorum Dei, & quinque Ecclesiæ, præsertim vero peccatorum mortaliū Superbiæ, Gulæ, & Acediæ, &c., quia alia in decem præceptis continetur. His peractis, jungat confitens (**Idèd precor B. Mariam semper virginem, &c.**) latinè, vel germanicè.

Deinde Sacerdos pro dispositione poenitentis consoletur eum spe veniæ, vel objurget, & gravitatem peccatoru ostendat; Et inprimis inquirat, an sit paratus relinquere statum illum peccati, in quo reperitur, quicumque ille sit. Nam si nollet illum relinquere, vel si haberet peccatum Superioribus reservatum, extra articulū mortis ( pro quo cessat omnis reservatio ) sine impetrata ab eodem Superiore licentiâ, non esset absolvendus. Si autem paratus sit omnia subire, quæ ipsi injunguntur à confessario & nō habeat peccatum Superioribus reservatum, ac petat absolutionem, salutari poenitiâ injunctâ, pro qualitate peccatorum, & personarum, eum absolvat hoc modo:

Forma communis absolvendi quemlibet poenitentem.

Mise-

Misereatur tui omnipotens Deus, & dimissis peccatis tuis, perducatur te ad vitam æternam. Amen.

**Deinde dextera versus pœnitentē elevatâ, dicit:**

Indulgentiam, absolutionem, & remissionem peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens, & misericors Dominus. Amen.

Dominus noster JESUS Christus te absolvat; & ego auctoritate ipsius, mihi in hac parte licet indignissimo concessa, absolvo te, in primis ab omni vinculo Excommunicationis, suspensionis, & interdicti, in quantum possum, & tu indiges: Insuper ego te absolvo ab omnibus peccatis tuis; In nomine ✝ Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

**Si pœnitens sit laicus, omittitur verbum, suspensionis.**

Passio Domini nostri JESU Christi, & merita B. Mariæ virginis, & omnium Sanctorum; quicquid boni feceris, & mali sustinueris, sint tibi in remissionem omnium peccatorum tuorum, in augmentum gratiæ, & in præmium vitæ æternæ. Amen.

Vade in pace, & noli amplius peccare.

FOR-

**FORMA GENERALIS ABSOLVENDI**  
 tempore Jubilæi, vel etiam in casibus reserva-  
 tis Summo Pontifici, aut Episcopo, si de-  
 tur licentia, & in articulo mortis.

Misereatur tui, &c.

Indulgentiam, absolutionem, &c. ut su-  
 præ, fol. 87.

**D**ominus noster JESUS Christus, qui est  
 summus Pontifex, dignetur te absolve-  
 re, & ego autoritate ejusdem, ac Domini no-  
 stri Papæ, & Episcopi mei ordinarij, mihi in hac  
 parte, licet indignissimo, concessa, Absolvo te  
 à vinculo Excommunicationis majoris, & mi-  
 noris, si quo teneris: & à censuris Ecclesiasti-  
 cis, quatenus possum, & tu indiges: Insuper  
 Absolvo te ab omnibus peccatis tuis; In no-  
 mine ✝ Patris, & Filij, & Spiritus  
 sancti. Amen.



RUB.



## RUBRICA

### De Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento.



**O**mnibus quidem Ecclesia Catholica Sa-  
cramenti religiose sancteque tractandis,  
magna, ac diligens cura adhibenda est;  
sed præcipue in administrando sanctis-  
sima Eucharistia Sacramento, quo nihil dignius,  
nihil sanctius, & admirabilius habet Ecclesia Dei;  
cum in eo contineatur præcipuum & maximum  
Dei donum, & ipsemet omnis gratia ac sanctitatis  
fons, auctorque Christus Dominus.

Quare Parochus, sive alius quis cunq; Sacer-  
dos summum studium in eo ponat, ut tum ipse ve-  
nerabile hoc Sacramentum, omni qua decet re-  
verentia, debitoque cultu tractet, custodiat, & ad-  
ministrat, quatenus hoc suo devotionis & reveren-  
tia exemplo prælucent, in alijs etiam omnem de-  
votionem, reverentiam, & cultum erga hoc san-

M

ctissimi-

Etissimum Sacramentum excitet, & augeat; tum etiam populus sibi commissus religiosè illud colat, sanctè frequentèrque suscipiat, præsertim in majoribus anni solemnitatibus.

Ideo populum sæpius tam in traditione doctrinæ Christianæ, quam in cathedra sub concione, ac etiam ante ipsum accessum ( præsertim si populus sit rudis & agrestis ) admonebit, quæ præparatione, & quantâ animi religione, ac pietate, & humili etiam corporis habitu, manibus junctis, ac sine compressione & trussione, ad tam divinum Sacramentum debeat accedere: ut præmissâ Sacramentali confessione omnes à mediâ nocte jejuni, & utrôque genu flexo Sacramentum humiliter adorent, ac reverenter suscipiant, viri quantum fieri potest à mulieribus separati.

Moneantur præterea communicantes, ut sumpto Sacramento non statim ab Ecclesia discedant, aut colloquantur, neve statim vagis oculis circumspiciant, aut expuant; sed quæ par est devotione aliquantisper in oratione permaneant, & gratias Deo de tam singulari beneficio agant.

Hostias consecratas sive particulas, quæ pro morientium viatico, & usu infirmorum, ac alio-

rum

rum fidelium communione in ciborio pro exigentia sufficientes conservantur, Parochus frequentius, & singulis quatuordecim diebus, ubi locus asseruationis fuerit valde humidus, vel saltem semel in mense renovet: consecranda autem sint recentes, & ubi eas consecravit, veteres primò communicantibus distribuatur, vel ipsemet sumat.

Quae verò ulterius ad decentem huius sanctissimi Sacramenti administrationem, & cultum requiruntur, in Constitutionibus Synodalibus part. 1. tit. 8. de Sacramento Eucharistiae inveniuntur, qua Parochus, sive alius quiquicunque Sacerdos saepius perlegat, eaque diligenter & accurate observet.



O R D O  
MINISTRANDI SACRAM-  
COMMUNIONEM POPULO

tam in Paschate, quam alijs  
anni temporibus.



Acerdos sanctissimam Eucharistiam jam confessis ministraturus, tot Hostias, seu particulas in Missa consecrat, quot putat esse ad hoc sufficientes. Et sumpta à se utriusque speciei communionem, priusquam se purificet, & Missam absolvat, veletiam Missa jam finita retentis paramentis & vestibus sacris, aut si non celebravit, lotis prius manibus, & veste choralis, ac stola coloris Officio illius diei convenientis indutus, præcedente Clerico, sive alio ministro procedit ad altare, sive tabernaculum, ubi in ciborio vel pyxide sanctissimum Sacramentum asservatur, manibus junctis, & accensis cereis, ac facta prius & postea profunda genuflexione,

cibo-

ciborium vel pyxidem super corporale in altari deponit, & discooperit. Minister autem flexis genibus nomine populi ad cornu Epistolæ facit confessionem generalem dicens: Confiteor Deo, &c. Tunc Sacerdos iterum genuflectit, & manibus junctis ante pectus vertit se ad populum (advertens ne terga vertat Sacramento) & in cornu Evangelij dicit: Misereatur vestri, &c. ut infra. Si verò sit major communicantium & populi valde rudis & agrestis numerus, & concursus, tunc Sacerdos ciborio super corporale deposito, & discooperto, faciat profundam genuflexionem, & se ad populum in cornu Evangelij vertens, illum semper hoc vel simili modo germanicè alloquatur & exhortetur:

**I**hr Geliebte in Christo dem H<sup>E</sup>rm / die ihr durch die Gnad vnd Barmherzigkeit G<sup>o</sup>tes ewere begangne Sünden in wahrer Kewigkeit des Hertzens ewerem ordentlichen Priester gebeichtet haben / vnd die Verzeihung derselbigen erlangend / mit G<sup>o</sup>tt dem Allmächtigen wider versöhnet worden / vnd anjeko vorhabens seynd auch den wahren Leib vnd Blut vnsers H<sup>E</sup>rm / Erlö-

fers vnd Seeligmachers Christi Jesu in dem hochwü-  
 rdigsten Sacrament des Altars zu empfangen:  
 auff daß ihr nun aber solches hohes Werck desto  
 würdiglicher verrichtet / so sollen ihr mit aller mög-  
 lichster Zucht vnd Ehrbarkeit / mit auffgeheb-  
 ten Händen ohne einiges Geträng / Trucken / oder  
 hin vnd her stossen / mit demüthigem Herzen vnd  
 aller Ehrentbittigkeit herzu gehen / das Allerhoch-  
 würdigste Sacrament mit gebognen Knyen zu em-  
 pfangen / vnd nachgehends nicht alsobald auß der  
 Kirchen hinaus lauffen / oder schwägen / oder son-  
 sten vil herum schawen / sonder noch ein wenige Zeit  
 ewer Gebett mit Andacht verrichten / vnd dem All-  
 mächtigen Gdt umb dise so hohe / vnd alle andere  
 empfangene Gnaden vnd Gutthaten getrewlichen  
 Dank sagen. Zuvor aber ehe ihr das Hochhei-  
 ligste Sacrament empfanget / wollet ihr euch als  
 arme Sünder bekennen / vnd mir die gemeine Beicht  
 oder offne Schuld demüthig nachsprechen.

**I**ch armer Sünder widersag dem bösen Feind/  
 Vallem seinem Eingeben / Rath vnd That. Ich  
 glaub in Gdt den Vatter / in Gdt den Sohn/  
 vnd in Gdt den heiligen Geist / Ich glaub gänck-  
 lich was die gemeine Christliche Kirch befolcht zu  
 glau

glauben. Mit diesem H. Catholischen Glauben  
 beichte ich / vnd bekenne GOTT dem Allmächtigen/  
 Mariæ seiner hochwürdigen Mutter / allen lieben  
 Heiligen / vnd euch Priester an statt Gottes / vnd  
 gib mich schuldig / daß ich lander / von meinen kind-  
 lichen Tagen an / biß auff diese Stund / offte vnd vil  
 gesündigt hab / mit Gedancken / Worten vnd Wer-  
 cken / vnd Vnderlassung viler guten Wercken / wie  
 dan solches alles geschehen ist / heimlich / oder offent-  
 lich / wissentlich / oder unwissentlich / wider die ze-  
 hen Gebott / in den siben Todtsünden / an den fünff  
 Sinnen meines Leibs / wider Gott / wider meinen  
 Nächsten / vnd wider das Heyl meiner armen Seel.  
 Solche vnd alle meine Sünd / seynd mir seynd von  
 Herken.

Bitt darumb demüthiglich dich ewigen / barm-  
 herzigen Gott / du wöllest mir dein Göttliche Gnad  
 verleyhen / mein Leben fristen so lang / biß daß ich  
 hie alle meine Sünd möge beichten vnd büßen / dein  
 Göttliche Huld erwerben / vud nach diesem ellenden  
 Leben / die ewige Frewd vnd Seeligkeit erlangen.

Derhalben klopfte ich an mein sündiges Herz/  
 vnd sprich mit dem offnen Sünder: O HErr Gott  
 biß gnädig mir armen Sünder. Amen.

Postea

Postea seposito libro, & manibus junctis  
ante pectus Sacerdos dicat:

**M**isereatur vestri omnipotens Deus, & di-  
missis peccatis vestris perducatur vos ad  
vitam æternam. *rs.* Amen.

Deinde addit manu dexterâ in formam  
Crucis signando communicandos:

Indulgentiam, absolutionem **✝**, & re-  
missionem peccatorum vestrorû tribuat vobis  
omnipotens & misericors Dominus. *rs.* Amen.

Deinde conversus ad Altare, genuflectit, &  
manu sinistra pyxidem sive patenam ( si pauci  
sint communicandi, & nisi particulæ consecra-  
tæ jam positæ sint in ciborio ) prendit; &  
duobus manû dexteræ digitis pollice & indice,  
Sacramentum accipit, & elevat, ita ut commo-  
de ab omnibus videri possit, conversusq; ad  
populum in medio Altari dicit clara voce:

Sehet an das Lamb Gottes / welches hin-  
weg nimbt die Sünd der Welt.

Erdenütziget euch noch einmahl / klopffet an  
eurer Herß / vnd sprecht mir nach die Wort der  
heiligen Demuth.

Mox

## Mox subdit.

**D** Herz ich bin nit würdig daß du eingehest  
vnder mein sündiges Herz / sonder sprich nur ein  
Wort / so wird mein Seel gesund.

**Quibus verbis iterū & tertio repetitis postea  
ad comunicandum accedit, incipiens ab ijs, qui  
sunt ad partem Epistolæ, & primò quidem Sa-  
cerdotibus vel Clericis si adsint, postea laicis.  
Porrigenis verò Sacerdos cum devotione, cau-  
telà, & advertentiâ, ne quid decidat, unicui-  
que Sacramentum, & faciens cum eo signum  
Crucis super pyxidem, vel ciborium, aut pate-  
nam simul dicit:**

**Corpus Domini nostri JESU Christi custo-  
diat animam tuam in vitam æternam, Amen.**

**Interim minister communicantibus si qui  
volunt, porrigit in aliquo vase mundo vinum  
pro ablutione, & ubi omnes communicaverint,  
Sacerdos reversus ad altare ciborium cum Sa-  
cramento super corporale iterum deponens, &  
coram eo genuflectens dicere poterit:**

**O sacrum convivium in quo Christus su-  
mitur, recolitur memoria passionis ejus, mens**

N

imple-

impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur. *ψ.* Panem de cœlo præstitisti eis. *℞.* Omne delectamentum in se habentem. **Tempore Paschali additur: Alleluja.** *ψ.* Domine exaudi orationem meam. *℞.* Et clamor meus ad te veniat. *ψ.* Dominus vobiscum. *℞.* Et cum Spiritu tuo.

**O**remus.

**D**Eus, qui nobis sub Sacramento mirabili Passionis tuæ memoriam reliquisti; tribue quæsumus, ita nos Corporis & Sanguinis tui sacra mysteria venerari; ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vivis & regnas, cum Deo Patre, &c.

**Tempore Paschali dicitur Oratio.**

**S**piritum nobis, Domine, tuæ charitatis infunde: ut quos Sacramentis Paschalibus factiasti, tua facias pietate concordēs. Per Christum Dominum nostrum. *℞.* Amen.

**Antequam Sacerdos Sacramentum suo loco reponat, diligenter advertat, ut si aliquod fragmentum digitis adhæserit, illud in ciboriū deponat, & eisdem digitos, quibus tetigit Sacramentum, abluat, & abstergat purificatorio;**

ab-

ablutionem verò sumat, si celebraverit, aut si non celebravit, ijs qui communicarunt, sumentam tradat, aut saltem in sacrarium iniiciat. Postea coram venerabili Sacramento genuflectens, ac utraq; manu ciboriũ seu pyxidem apprehendẽs, vertit se ad populũ, & ijs qui comũnicarunt, in modũ Crucis benedicit nihil dicens.

Hanc tamen benedictionem, sicut & præcedentes Orationes & preces post Communionem omittit, quotiescunq; intra Missam Communionẽ populi peragit, quæ statim post Communionem Sacerdotis fieri deberet ( nisi quandoque ex rationabili causa, aut ex consuetudine locorum post Missam sit facienda ) cum Orationes quæ in Missa post Comunionem dicuntur, non solum ad Sacerdotem, sed etiam ad alios communicantes spectant. In hac autem Comunionep eragenda observabitur idem modus qui supra: & eã peractã Sacerdos purificationem sumet, & Missam absolvet.

Ultimo ciborium seu pyxidem cum sanctissimo Sacramento in tabernaculum reponit, & antequam illud claudit, ac clave obferat, profundam facit genuflexionem.

**PRÆNOTANDA**  
**QUÆDAM DE COMMUNIONE**  
**Infirmorum, & Administratione**  
**Sacri Viatici.**

**P**arochus ante omnia summo studio, & diligentia procurabit, ut Viaticum sacratissimi Corporis Domini nostri IESU Christi agrotantibus oportuno tempore ministret, ne fortè contingat illos tanto dono, ipsius Parochi incuriâ, privatos decedere. Quare adhortetur infirmum, ut sacram Communionem sumat, etiamsi graviter non agrotet, aut mortis periculum non immineat, maximè, si Festi alicujus celebritas id suadeat: neq; ipse illam petenti ministrare recusabit. Advertet autem, sacram Eucharistiam ijs infirmis, qui ob devotionem communicant, dandam esse ante omnem cibum, & potum, sicut cateris fidelibus, quibus nec per modum medicina aliquid sumere licet; Si verò eam ministret.

fra.

strabit per modum viatici, nimirum, quando probabile est, quod ager eam amplius sumere non poterit, etiam non ieiunis detur: caveat tamen, ne ijs tribuat, à quibus ob phrenesin, vel ob assiduam tussin, aliumvè similem morbum, aliqua indecentia cum injuriâ tanti Sacramenti timcri potest.

Præterea advertet Parochus, primò: ne hoc Sacramentum ad indignos cum aliorum scandalo deferat; quales sunt publici usurarij, concubinarij, notoriè criminosi, nominatim excommunicati, aut denunciati, nisi sese priùs sacra Confessione purgaverint, & publicæ offensionis, prout de iure, satisfecerint.

Secundò, ut, quando aliquem vult providere, ægri cubiculum mundetur, & in eo paretur mensa linteo mundo cooperta, in qua sanctissimum Sacramentum decenter super corporale in ciborio aut pyxide deponatur. Parentur etiam luminaria, actria vascula, unum cum vino, alterum cum aquâ, & tertium cum aquâ benedictâ cum aliquo aspersorio; præterea linteum mundum ante pectus communicandi ponatur, atque alia ad ornatum loci præparentur, pro cuiusq; facultate.

Tertiò, ut ante exitum aliquod signum cum

campana in turri dari faciat iuxta laudabilem consuetudinem loci, ad convocandos Parochianos, seu Confraternitatem sanctissimi Sacramenti (ubi fuerit instituta) seu alios pios Christi fideles, qui sacram Eucharistiam reverenter committentur.

Quarto Sacerdos veste choralis, & stola albi coloris indutus, praecedente ministro cum lumine, campanulâ, quam iugiter pulsabit, ac libro hoc rituali reverenter in processionem comitantibus alijs Clericis (si locus feret) & fidelibus insequentibus deferat ad agrum sub umbella seu baldachino (ubi habetur, vel haberi potest) sacrosanctum Eucharistiae Sacramentum nudo capite processurus, nisi rationabili de causa aliter fieri oporteat, atq; in toto itinere Orationes vel Psalmos pro sua devotione recitet.

Quinto, si animadvertat agrotum iam confessum quasi in agone existere, consuetis caeremoniis omisis eum statim communicet; si vero praemagnitudine doloris sacram Hostiam deglutire non posse videatur, hortetur eum, ut animo, & cum ardenti desiderio eam spiritualiter sumat, cum absq; irreverentia Sacramenti re ipsa sumere nequeat. Id autem advertet Sacerdos, ne alicui ad adorandum solum, seu devotionis, seu cuius-

vis rei prae-textu ad ostendendum hoc Sacramen-  
tum deferat.

Sextò denique, si longius aut difficilius iter  
obeundum, & fortasse etiam equitandum sit, tunc  
diligenter curet, ut sacra Hostia in loculo, quem  
ex collo bene clausum & cum forti ligatur à gesta-  
bit, ita sint composita, & inclusa, ne ex agitatio-  
ne equi in frustra vel concidant, vel comminuan-  
tur, aut aliqua alia irreverentia huic sanctissimo  
Sacramento contingat.



ORDO



O R D O  
M I N I S T R A N D I  
S A C R A M C O M M U -  
N I O N E M S E U V I A T I C U M

Infirmo in ædibus privatis.



Arochus sive Sacerdos observatis supra  
prænotatis ingrediens locum, ubi ja-  
cet infirmus, dicat:

Pax ✝ huic domui. *℞.* Et omnibus ha-  
bitantibus in ea.

Tum depositum Sacramentum in ciborio  
seu in pyxide inclusum super mensa, supposito  
corporali, quod vel in bursa vel in libro rituali  
per ministrum secum feret, genuflexus adorat,  
omnibus circumstantibus in genua procum-  
bentibus, & mox acceptâ Aquâ benedictâ, a-  
spersit infirmum, & cubiculum dicens Anti-  
phonam:

Asper-

**Sacram Coimunionem Infirmis.**

105

Asperges me Domine, hyssopo, & munda-  
bor: lavabis me, & super nivem dealbabor.

**Pfalm.** Miserere mei Deus, secundum magnā  
misericordiam tuam. **Gloria Patri.** Sicut e-  
rat, &c. & repetitur **Antiph.** Asperges me. &c.

**Postea pergit dicendo:**

**V.** Adjutorium nostrum in nomine Domini.

**R.** Qui fecit cælum, & terram.

**V.** Domine exaudi orationem meam.

**R.** Et clamor meus ad te veniat.

**V.** Dominus vobiscum.

**R.** Et cum spiritu tuo.

**Oremus.**

**E**Xaudi nos, Domine sancte, Pater omni-  
potens, æterne Deus: & mittere digneris  
sanctum Angelum tuum de cælis, qui custodiat,  
foveat, protegat, visitet, atque defendat omnes  
habitantes in hoc habitaculo. Per Christum  
Dominum nostrum. **R.** Amen.

**His diebus accedat ægrum, ut cognoscat,  
qualiter sit dispositus, cumq; hoc, vel simil  
modo alloquatur germanicè.**

O

Erwer

**L** Wer Kranckheit \* Andächtiger (Andäch-  
 tige) in Christo dem HERN ist mir herzlich  
 leynd. Dieweilen aber der Allmächtige GOTT euch  
 mit solcher heimgesucht/ so wollendts ihr mit Ge-  
 dult von seiner vätterlichen Hand auff/ vnd anneh-  
 men/vnd vor allen Dingen ewer Hoffnung in ihne  
 setzen/vnd gedencen/ daß Er auß lauter Gnad vnd  
 Barmhertigkeit euch dise Kranckheit zusende/ vnd  
 vätterlich annahmen wolle zu rechter wahrer Pe-  
 nitenz vnd Busz/ welche in dem bestehet/ daß ihr  
 mit herzlicher Reu vnd Leynd neben einem steiffen  
 Fürsatz GOTT die Tag ewers Lebens nit mehr zu  
 belendigen/alle ewere Sünd beichten thut. Dero-  
 halben/ wann ihr solches noch nit verrichtet/ son-  
 dern zu beichten begehret/ will ich gegenwärtiges  
 Volk ein wenig lassena breitten/vnd euch zu Beicht  
 hören.

*Si infirmus respondeat: Ja Herz: mo-  
 neat populum, ut parumper discedat, & agrum  
 confitentem audiat, & absolvat modo supra  
 dicto fol. 85.*

*Si autem jam sit confessus, quod suadetur,  
 ut prius fiat, nisi necessitas aliter urgeat, petat,  
 an nihil peccaverit, a tempore factæ confessio-*

*nis,*

nis, vel nihil ulterius habeat, quo suam conscientiam gravatam sentiat, & si occurrerit materia absolvendi, eum absolvat, ut supra fol. 37.

His itaque ritè peractis, Sacerdos jubeat redire populum, eumq; hoc vel simili modo alloquatur germanicè.

### **Ermahnung zu den Umbstehenden bey den Kranken / vor der Communion.**

**E**liebte in Christo dem H<sup>er</sup>m / Demnach der Allmächtige G<sup>ott</sup> / in welches Gewalt wir alle seynd / gegenwertige Person mit schwerer Leibskrankheit angriffen / hat sie diese Heimbsuchung Gottes / als ein vätterliche Anmahnung zu der Buß und Besserung verstanden / Derentwegen ihre begangne Sünd in Reueigkeit des Herzens gebeichtet / vnd ist darauff ordentlich absolviert worden. Nun ist sie auch Vorhabens das heilige Hochwürdige Sacrament des wahren Leibs vnd Bluts Jesu Christi zu empfangen.

Damit derowegen sie diß hohe Werck zu ihrer Seelen Wolfahrt desto würdiger verrichten möge / so hat sie allen Menschen / die sie jemals belendiget

habet/ von Grund ihres Herzens verzeihen/ vnd ver-  
 geben/ demüthig bittende männiglich/ welche sie be-  
 leydiget hätte/ ihren auch omb Gottes willen zu  
 verzeihen. Dann sie sich hiemit will gänzlich al-  
 ler zeitlicher Sachen entschlahen/ vnd ganz geneigt  
 in den Willen Gottes/ vnd seinen Schuß/ vnd  
 Schirm ergeben; wie es der Allmächtige Gott  
 will/ also will sie willig/ vnd gehorsamb seyn/  
 Ist ihme also/ 2c.

Nun ist wol der Geist bereit/ das Fleisch aber  
 ist schwach/ bedarff ohn vnderlaß der gnädigen Hilff/  
 vnd Beystand Gottes/ besonders in letzten Nö-  
 then/ da die Anfechtungen am größten seynd.

Derowegen damit gegenwärtige Persohn  
 dise Heimsuchung Gottes mit Christenlicher  
 Gedult überwinden/ auch in dem Catholischen  
 Glauben/ Liebe/ vnd Hoffnung/ standhafftig be-  
 harren/ vnd also ritterlich biß an das Ende streiten/  
 vnd nach diesem zergänglichem Leben die ewige Freud  
 vnd Seeligkeit erlangen möge; so wolle ein jed-  
 weders von Gott dem Herrn ihro solches zu er-  
 werben/ mit Andacht betten ein heiliges Vatter  
 vnser/ vnd Ave Maria.

Qui

Quibus flexis genibus recitatis, surgat, & moneat infirmum, ut confessionem generalem per se recitet vel latinè vel germanicè, vel ipsum prædicentem sequatur, si potest, ore, vel saltem corde: si autem ipse infirmus id facere nequeat, ab alio ejus nomine Confessionem generalem fieri curet.

Brevis Confessio generalis germanica.

**I**ch armer sündiger Mensch / bekenne Gott dem Allmächtigen / Mariæ der reinen Jungfrauen / allen seinen Heiligen / vnd euch Priestern an statt Gottes daß ich lauder / vil gesündigtet hab / von meinen kindlichen Tagen an / bisz auff diese gegenwärtige Stund / mit vil bösen Gedancken / Worten / Wercken / vnd Vnderlassung viler guter Werck / dasselbig alles reuwet mich / vnnnd ist mir leyd / von Grund meines Herzens / ich verzeich auch allen denjenigen / so mir je leyds habendt gethan / auff die Gnad / vnd Barmherzigkeit Gottes / daß Er mir auch verzeich / vnd vergeb alle meine Sünd / vnnnd Missethat: Dero halben klopffe ich an mein sündiges Herz / vnd sprich: O HERR Gott bisz gnädig mir armen Sünder.

Facta confessione generali Sacerdos dicit:

Misereatur tui. &c.

Indulgentiam, absolutionem, &c. ut supra  
fol. 96.

Deinde lotis manibus vel saltem duobus digitis, & factâ genuflexione, aperit ciborium, & accipiens Sacramentum de vasculo, atque illud elevans ostendit infirmo, dicens clara voce:

Sehet an das Lamb Gottes / welches hinweg nimbt die Sünd der Welt.

Erdemüthiget euch noch einmal / vnd sprechet mir nach die Wort der heiligen Demuth.

Deinde more solito ter dicat:

Oh Herz ich bin nit würdig daß du eingehest vnder mein Tach / sonder sprich nur ein Wort / so wird gesund mein Seel.

Quæ eadem verba infirmus simul cum Sacerdote dicat, saltem semel, si ter non potest, submissâ voce, tum Sacerdos dans ægroto Eucharistiam faciendo cum ea signum crucis super pyxidem dicat:

Cor-

**Communionem Infirmis.**

III

Corpus Domini nostri JESU Christi sit tibi  
Viaticum ad vitam æternam. Amen.

**Si verò Communio non datur per modum  
Viatici, dicat more Ordinario:**

Corpus Domini nostri JESU Christi custo-  
diat animam tuam in vitam æternam. Amen.

**Postea Sacerdos reponat ciborium cum  
Sacramento super corporali, & cooperiat, ac fa-  
cta genuflexione abluat digitos nihil dicens: &  
infirmo detur ablutio. Deinde subjungat:**

O sacrum convivium, in quo Christus su-  
mitur, recolitur memoria passionis ejus, mens  
impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus  
datur.

**℣. \*Salvum (salvam) fac \*famulum tu-  
um (famulam tuam.)**

**℞. Deus meus sperantem in te.**

**℣. Domine exaudi orationem meam.**

**℞. Et clamor meus ad te veniat.**

**℣. Dominus vobiscum.**

**℞. Et cum spiritu tuo.**

**Oremus.**

**Domi-**

**D**omine sancte, Pater omnipotens, æterne  
 Dèus, te fideliter deprecamur, ut acci-  
 pienti \*fratri nostro (sorori nostræ) sacrosan-  
 ctum Corpus Domini nostri JESU Christi Filij  
 tui, tam corpori, quàm animæ profit ad reme-  
 dium sempiternum: qui tecum vivit & regnat  
 in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula  
 sæculorum. *R.* Amen.

His expletis, si ægrotus probabiliter creda-  
 tur moriturus, moneat ipsum ad Sacramentum  
 Extremæ Unctionis suscipiendum, quod sem-  
 per in cautelam secum ferat Sacerdos, dicendo

Begehret ihr auch das heilig Sacrament  
 der letzten Selung? *Quo respondente: Ja Herr:*  
*Pergat incipiendo à verbis infra fol. 122. positis,*  
*& petat: So glaubet ihr / &c.*

Si verò periculosè non labore, hisce ve-  
 similibus verbis cum alloquendo discedat:

**D**erweil sich dann nun der Allmächtig/ gütige  
 GOTT / \* Andächtiger (Andächtige) in  
 Christo dem HErrn/ von ewer Seel Seeligkeit we-  
 gen so vil gewürdiget / vnnnd nicht allein darumb

Mensch

Mensch worden / vnd an dem Stammem des heiligen  
 Creutz gelitten / vnd gestorben / sonder auch all-  
 bereit sich selber warhafftiglich im heiligen / vnd  
 Hochwürdigsten Sacrament des Altars / euch zu  
 einer geistlichen Speiß vnd Tranc / ja zu einem  
 Zehrsenning geben / damit ihr nicht auff der Reys /  
 so euch / vnd vns allen / nach seinem Göttlichen Bil-  
 len / zu verrichten ist / erliget / sonder in Stärke des  
 selbigen Himmelschen Brodts / reysen vnd kommen  
 möget indie ewige Frewd vnd Seeligkeit / so sollet  
 ihr / wie billich / ihme wegen deren / vnd andern vil-  
 fältigen Gutthaten / Lob / Ehr / vnd Danck sagen /  
 auch in diser gegenwärtigen Kranckheit nach dem  
 Exempel des HERN gedultig seyn / vnd ewer Seel  
 vnd Leib jederzeit in seinen Schuß / vnd Schirm  
 befehlen / dessen will ich mich in alle weeg gegen euch  
 getrösten.

*Hic, si vult, porrigat ei manum valedicendo:*

Behüt euch / vnd bessere es Gott

*His finitis, si altera particula Sacramenti  
 superfuerit (superesse autem semper debet, præ-  
 terquam in casu, quo per terras accatholico-  
 rum migrandum, aut longius, seu difficilius*

P

iter

iter sit faciendum, aut præter opinionem plures essent providendi) genuflectit, surgit, & accipiens vas cum Sacramento, facit cum eo signum Crucis super infirmum, vel omnino nihil dicens, vel dicens:

**B**enedictio Dei omnipotentis Patris ✠, & Filij, & Spiritus sancti descendat super te, & maneat semper. Amen.

Deinde reverenter illud deferens, ordine quo venerat, revertitur ad Ecclesiam dicendo Psalmum: Laudate Dominum de cælis, & alios Psalmos, Hymnōs, & Cantica, prout tempus feret. Cum verò pervenerit ad Ecclesiam, ponit Sacramentum super Altare, accensis cæreis, & factâ genuflexione dicit:

℣. Panem de cælo præstitistis.

℞. Omne delectamentum in se habentē.

℣. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

**O**remus.

**D**eus, qui nobis sub Sacramento mirabili Passionis tuæ memoriam reliquisti; tri-

bue

bue quæsumus, ita nos Corporis & Sanguinis  
tui sacra mysteria venerari; ut redemptionis tuæ  
fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vivis  
& regnas, cum Deo Patre in unitate Spiritûs  
sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

R. Amen.

Deinde factâ prius genuflexione, vertit se  
ad populum, & annuntiat Indulgentias à Sum-  
mis Pontificibus concessas sanctissimum Sacra-  
mentum comitantibus: quas si maluerit, &  
tempus feret, poterit statim ab initio, & ante  
exitum denuntiare sub forma sequenti.

**A**ndächtige in Christo dem H. Erm. Auf Verley-  
hung Ihrer Päpfl. Heiligkeiten erlangen alle  
vnd jede / welche das allerheiligste hochwürdigste  
Sacrament des Altars mit einem brünnendē Liecht  
oder Kerzen zu dem Kranken andächtig begleiten /  
vnd für Aufreüttung der Kezeren / Frid vnd Ei-  
nigkeit Christlicher Fürsten vnd Potentaten / wie  
auch Auffnahm der H. Christlichen Catholischen  
Kirchen etwas mit Andacht betten / 200. Täg/ die  
aber obbemelte Gebett vnd Werk ohne brünnen

des Licht verrichten / 100. Tag Ablass vnd Nachlassung zeitlicher Straffen.

Postea iterum ad Altare conversus, factâ genuflexione, cum Sacramento in pyxide faciat signum Crucis super populum, vel nihil dicens, vel dicens: **B**enedictio Dei omnipotentis, &c. ut supra. ac deinde illud in loco suo reponat.

Advertat Sacerdos, quod si ob rationabilem causam, vel quia eâ quæ decet veneratione, sacramentum ad Ecclesiam commodè reportari non potest, sumpta fuerit una tantum particula consecrata, & nulla amplius supersit, tunc eâ infirmo administratâ, & prædictis Precibus recitatis, & Indulgentijs annuntiatis, infirmum manu benedicit dicendo: **B**enedictio Dei omnipotentis, &c. ut supra. & postea una cum alijs privato habitu, extinctis luminibus, latente pyxide ad Ecclesiam, vel domum suam quisquè revertatur.

RVB



## RUBRICA

### DE SACRAMENTO

#### Extremæ Unctionis.



*Frca administrationem hujus Sacramen-  
ti aliqua sunt prenotanda.*

*Primò, Sacerdos ministraturus hoc Sacra-  
mentum, infirmo aliàs sacroviatico jam proviso,  
vel providendi non idoneo quatenus fieri potest, pa-  
rari curet apud infirmum mensam mappâ can-  
didâ coopertam; itemq; vas, in quo sit bomba-  
cium, seu stupa, seu quid simile in quinque globi-  
los distinctum, ad abstergendas partes inunctas,  
quod deinde comburatur, & cineres in Sacrarium,  
aut alium locum injiciantur, ne pedibus culcen-  
tur; medullam panis, vel salem ad detergendos  
digitos, & aquam ad abluendas Sacerdotis ma-  
nus. Deniq; operam dabit, ut quantâ poterit  
munditiâ, ac nitore hoc Sacramentum ministre-  
tur.*

*Secun-*

Secundo, Sacerdos veste choralis, Et stola violacea indutus, decenter accipit vas sacri Olei infirmorum, cautè illud deferens, ne effundi possit, ac ministro veste choralis induto, sine lumine sequente, Et aquam benedictam, cum aspersorio, ac librum hunc ritualem portante, reverenter in toto itinere recitat pro sua devotione Psalmos Pœnitentiales infra fol. 137. positos, una cum Litanis majoribus, nisi illos malit in templo recitare, antequam egrediatur, aut apud infirmum ante Litanias, aut cum ad templum ab inuncto redierit, pro sua commoditate Et alicrum adificatione. Optandum esset, ut aliqui Presbyteri, ubi copia est Sacerdotum, vel saltem Clerici eum comitarentur, propter illud Jacobi cap. 5. Si quis ægrotat, inducat presbyteros &c. quò in Litanis Sacerdoti respondere, Et dum ipse inungit Psalmos Pœnitentiales recitare possint.

Tertiò, sensus inungendi sunt, oculi, aures, nares, os, Et manus ac dum Sacerdos oculos, aures, Et manus ungit, caveat, ne alterum ipsorum inungendo, Sacramenti formam prius absolvat, quàm ambo huiusmodi paria membra perunxerit, insuper advertat, quod manus, quæ reliquis

infr-

*infirmis interiùs ungi debent, Presbyteris exteriùs iniungantur.*

*Quartò, si infirmus sit aliquo membro mutilatus, pars illi proxima inungatur sub eadem verborum forma.*

*Quintò, si fuerit leprosus, aut peste infectus, vel nimis squallidus, vel rabidus, cum spatulâ, vel virgâ oblongâ sacrum sumat oleum, & eo inungat unum saltem sensum, omnes tamen in forma nominando prout infra fol. 135.*

*Sextò, non detur sanis, aut violentam mortem, seu ultimum supplicium expectantibus; neq; pueris usum rationis ad peccandum sufficientem non dum habentibus; neque phreneticis, & stolidis, aut amentibus, nisi dum sanâ mente, & integris sensibus essent, illud petierint, vel verissimiliter, aut interpretativè petissent, vel signa contritionis dederint; neq; excommunicatis ab eadem prius non absolutis; neque impœnitentibus, qui in manifesto peccato mortali moriuntur.*



ORDO



ORDO  
ADMINISTRANDI  
INFIRMO SACRAMEN-  
TUM EXTREMÆ  
Unctionis.



Um igitur Sacerdos ad locum, ubi  
jacet infirmus, pervenerit, dicat cu-  
biculum ingrediendo:

Pax + huic domui. ✠. Et omnibus ha-  
bitantibus in ea.

Deinde deposito sacro Oleo super mensam,  
aspergit ægrotum in modum Crucis Aquâ be-  
nedictâ, & cubiculum, & circumstantes, di-  
cens Antiphonam:

Asperges me Domine hyssopo & munda-  
bor: lavabis me, & super nivem dealbabor.

Deinde pergit dicendo:

Bene-

**B**enedic Domine domum istam, & omnes habitantes in ea, quia tu Domine dixisti, pax huic domui; Benedic Domine timentes te, pusillos cum majoribus; Benedicti vos à Domino, qui fecit cælum & terram.

**O**remus.

**O**Mnipotens, & misericors Deus, qui Sacerdotibus tuis tantam, præ cæteris, gratiam contulisti, ut quicquid in tuo nomine ab eis dignè, perfectèq; agitur, à te fieri credatur: quæsumus immensam clementiam tuam; ut quicquid modò visitamus, atque benedicimus, intercedente Beata Maria virgine, cum omnibus Sanctis tuis, visites, & benedicas, fiatque ad nostræ humilitatis introitum fuga dæmonum, & Angeli pacis ingressio; Per Christum Dominum nostrum. Amen.

**Hic jam, si visum fuerit Sacerdoti, dicuntur Psalmi Pœnitentiales, si non sunt dicti, unà cum Litanis. Si verò ægrotus tam malè haberet, ut tanto temporis spatio fortassis non sit supervicturus, statim petat ab eo, omnibus omissis etiam Litanis, utrum habeat aliquid**

**Q**

**con-**

confitendum, si annuit, eundem audiat, & absolvat ut supra folio 87. Si verò nihil habeat ad confitendum, petat ab eo, an velit inungi; quo affirmante, statim inungat modo infra posito folio 128.

Et postea suppleat Litanias cum orationibus adjunctis; Si verò nullum subfit periculum, sic pergat, & infirmum primò alloquatur hoc, vel simili modo.

Begehret ihr zu empfahen das Heilige Sacrament der letzten Selung? **Quo respondente:** Ja Herz. **Petat ab eodem.** So glaubet ihr auch/ zweiffels ohn/ daß der liebe Gott werde euch/ vnd vns alle/ die wir hie bey samen versamblet/ durch das H. Fürbitt seiner hochwürdigen Mutter/ vnd aller lieben Heiligen/ ewer Seel/ vnd Leib zu gutem/ gnädiglich erhören?

**Quo similiter affirmante, sic alloquatur  
populum adstantem.**

**W**ächtige in Christo dem Herren/ Weil dann auch vnser lieber Herz/ vnd Seeligmacher/ durch seinen H. Apostel Jacobum in seiner Epistel am 5. Cap. hat also  
von

von dem H. Sacrament der letzten Selung befohlen: Ist jemand krank vnder euch / so beruff er zu ihm die Priester der Kirchen / vnd laß sie über ihn betten / vnd ihn salben mit Del / in dem Namen des H. Erzen / vnd das Gebett des Glaubens wird dem Kranken helfen / vnd der H. Erz wird miltieren sein Krankheit / vnd hat er Sünden begangen / so werden sie ihm vergeben; So ist nun solchem Befelch dise gegenwärtige krancke Persohn / wie einem gehorsamben Kind Christi / vnd seiner heiligen Kirchen gebühret / gehorsamblich nachkommen / vnd mich deshalben zu sich beruffen. Weil dann auch ihr in dem Namen Gottes / zu Heyl vnd Wohlfahrt diser gegenwärtigen krancken Persohn / beysamen versamblet seynd / so lasset vns sie ihrem Begehren nach dem Allmächtigen ewigen Gott / durch das Fürbitt seiner allerheiligsten Mutter Mariæ / vnd aller außewöhltten lieben Heiligen / befehlen / vnd bitten / daß er ihr das Heyl beyder / Seel vnd Leibs / gnädiglich verleyhen vnd mittheilen wölle. Dises von Ihme zu erlangen / sprechet zuvor mit mir ein andächtiges Vatter vnser / vnd Engelischen Gruß.

Flectantur hic genua, & recitatis Pater noster, & Salutatione Angelicâ, Sacerdos pergat dicendo Litanias sequentes:

**BREVIS LITANIA APUD ÆGROS,**  
 tos, genibus flexis, recitanda.

**K** yrie eleison.

**C** hriste eleison.

**K** yrie eleison.

**C** hriste audi nos.

**C** hriste exaudi nos.

**S**alvator mundi, adjuva nos.

**S**ancta Maria, ora pro \*eo (ea)

	Angeli, & Arch- angeli. Patriarchæ, & Prophetæ. Apostoli, & Evan- gelistæ. Martyres, & Con- fessores.	} orate pro *eo (ea)
<b>O</b> mnnes sancti		

**O**mnnes sanctæ Virgines, & Viduæ.  
 orate pro \*eo (ea)

**O**mnnes Sancti, & Sanctæ Dei. orate pro.

Pro-

**P**ropitius esto. Parce ei Domine.

**A**b omni malo,

**A**b infidijs diaboli,

**A** subitanea, & improvifa  
morte,

**A**b omni immunditia men-  
tis, & corporis,

**A** morte perpetua,

**A**b ira tua,

**P**er adventum tuum,

**P**er nativitatem tuam,

**P**er crucem, & passionem  
tuam,

**P**er resurrectionem, & ascen-  
sionem tuam,

**P**er adventum Spiritus sancti  
Paracliti,

**I**n die judicij,

**P**eccatores, Te rogamus audi nos.

**U**t pacem, & sanitatem ei dones, Te rogamus.

**U**t spatium, & locum pœnitentiæ ei dones,  
Te rogamus audi nos.

**U**t gratiam sancti Spiritus cordi eius infundere  
digneris, Te rogamus audi nos.

Libera \* eum  
(eam) Domine.

Q 3

**U**t

**U**t pœnitentiam & remissionem omnium peccatorum ei dones, Te rogamus.

**U**t in dolore patientiam, & in fide perseverantiam ei tribuas, Te rogamus.

**U**t nos exaudire digneris, Te rogamus.

**F**ili Dei. Te rogamus.

**A**gnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce ei Domine.

**A**gnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.

**A**gnus Dei, qui tollis peccata mundi, Misere nobis.

**C**hriste audi nos. **C**hriste exaudi nos.

**K**yrie eleison. **C**hriste eleison. **K**yrie eleison.

**P**ater noster. **secretò. v. Et** ne nos inducas in tentationem. **rr. Sed libera nos à malo.**

**v. \* Salvum (salvam) fac \* servum tuum (servam tuam)**

**rr. Deus meus sperantem in te.**

**v. M**itte ei auxilium de sancto.

**rr. E**t de Sion tuere \* eum (eam)

**v. E**sto ei turris fortitudinis.

**rr. A**facie inimici.

**v. N**hi proficiat inimicus in \* eo (ea)

**rr. Et**

**R.** Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

**V.** Domine exaudi orationem meam.

**R.** Et clamor meus ad te veniat.

**V.** Dominus vobiscum.

**R.** Et cum spiritu tuo.

Oremus.

**R**espice Domine \* famulum tuum ( famulam tuam ) infirmitate corporis laborantem, & animam refove, quam creasti, ut castigationibus tuis \* emendatus ( emendata ) continuo se sentiat tua medicina \* salvatum ( salvatam ); Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Prædicta tamen omnia, si tempus non patiat, poterunt ex parte, vel in totum omitti, prout supra dictum. Tum facta de more Confessione generali vel ab ipso infirmo, vel eius nomine à ministro, Sacerdos dicat: Misereatur tui &c. Indulgentiam, &c. Quæ Confessio generalis omittitur, si statim post sumptum factum Viaticum detur Extrema Unctio.

Deinde Sacerdos lotis manibus, eisque absterfis, dicat super infirmum:

In

**I**N nomine Patris ✠, & Filij ✠, & Spiritus ✠ sancti, extingatur in te omnis virtus diaboli per impositionem manuum nostrarum & per invocationem omnium sanctorum Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, atque omnium simul Sanctorum. Amen.

Postea intincto pollice in Oleo sancto membra quinq; sensuum inungit per modum Crucis, aptando proprio loco verba formæ in hunc modum.

Primò ad Oculos.

**U**Ngo ✠ oculos tuos oleo sacro; In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: Et per istam sanctam Unctionem, & suam pijsissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus noster JESUS Christus, quicquid deliquisti per illicitum visum. Amen.

Deinde minister, si est in Sacris, vel ipse met sacerdos post quamlibet Unctionē abstergat semper locum inunctum novo globulo bombacii, vel stupæ, vel rei similis, eaque in vase mundo

reponat,

reponat, & ad Ecclesiam postea deferat, comburat, cineresque projiciat in Sacrarium.

## Secundò ad Aures.

**U**Ngo ✠ aures tuas oleo sacro; In nomine Patris &c. Et per istam sanctam Unctionem, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus noster JESUS Christus, quicquid deliquisti per illicitum auditum. Amen.

## Tertiò ad Nares.

**U**Ngo ✠ nares tuas oleo sacro; In nomine Patris &c. Et per istam sanctam Unctionem, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus noster JESUS Christus, quicquid deliquisti per illicitum odoratum. Amen.

## Quartò ad Os.

**U**Ngo ✠ os tuum oleo sacro; In nomine Patris, &c. Et per istam sanctam Unctionem, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus noster JESUS Christus, quicquid deliquisti per illicitum gustum. Amen.

R

Quin-

## Quintò ad Manus.

Nota, si ungendus sit Sacerdos, ungat ei manus exterius, alijs verò interius.

**U**ngo ✠ manus tuas oleo sacro; In nomine Patris, &c. Et per istam sanctam Unctionem, & suam pijsimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus noster JESUS Christus, quicquid deliquisti per illicitum tactum manuum tuarum. Amen.

Posteà medullà panis, vel fale defricatis digitis, & manibus lotis, ijsque tersis, Sacerdos dicat:

✠. Domine exaudi orationem meam.

✠. Et clamor meus ad te veniat.

✠. Dominus vobiscum.

✠. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

**O**Mnipotens sempiternè Deus, qui per os B. Jacobi Apostoli tui, hoc mysterium, infirmis omnibus facere præcepisti, conserva \* famulo tuo (famulæ tuæ) tuarum dona virtutum, ut medelam tuam non solum in corpore, sed etiam in mente percipiat; Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Posteà

Postea benedicat ei hoc modo.

**B**enedicat ✠ te Deus Pater, qui te creavit, benedicat ✠ te Filius Dei, qui pro te passus est in cruce, benedicat ✠ te Spiritus sanctus, qui in te effusus est in baptismo. Benedicat te Deus Pater, sanet te Filius Dei, illuminet te Spiritus sanctus: corpus tuum custodiat, animam tuam salvet: cor tuum irradiet, sensum tuum dirigat, & ad supernam vitam te perducatur; Qui vivit, & regnat in sæcula sæculorum, Amen.

**HIS PERACTIS SACERDOS, PRO**  
 qualitate personæ, salutaria monita breviter præbere poterit, quibus hortetur infirmum ad patientiam, & ad resistendum fortiter diaboli tentationibus, ac, ut passionem Christi jugiter in mente retineat, his, vel similibus verbis.

**I**ch ermahne euch abermahls ✠ Andächti-  
 ger (Andächtige) in Christo dem H. Erzen/  
 daß ihr wollet gedultig seyn; G. D. t. omb dise / vnd  
 alle andere empfangene Gutthaten dancken: Euch  
 in den Willen G. D. t. es gänzlich ergeben: In dem

R 2

heils

heiligen Glauben / Hoffnung / vnd Liebe euch üben:  
 In Gott ewer Vertrauen setzen; Die böse Gedancken außschlagen; vnd an statt diser an das bittere Leyden vnd Sterben vnser Erlösers vnd Seligmachers gedencen; vnd getröst seyn / daß euch der gütige Gott nit werde verlassen / sonder vor dem bösen Feind beschützen / vnd endlichen durch sein vnendliche Barmherzigkeit ein seeliges End verseyhen. Ruffet auch vorneumblich an die Seeligste Jungfraw vnd Mutter Gottes Mariam / ewern heiligen Schutzengel / vnd ewere Patronen / auch alle Heiligen vnd Außerswöhnten Gottes / das sie euch trewlich wollen beystehen / Gott für euch bitten / vnd Bestandhaftigkeit in allem guten / vnd ein seeliges End von Gott erlangen.

Denique Aquam benedictam, & Crucem coram eo relinquens, ut frequenter eam aspiciat, & pro sua deuotione osculetur, & amplectetur, eidem nisi mors imineat ( si enim immineret, tunc antequam discedat, animam Deo ritè commendabit ) manu benedicat, dicendo:  
 benedictio Dei omnipotentis Patris ✠, & Filij, & Spiritus sancti, descendat super te, & maneat semper. Amen.

*Monen-*

Monentur omnes Parochi, & alij curam animarum gerentes, ut illis non sufficiat agrotos Sacramentis providisse, sed si supervivant, eos etiam non petiti visitent, ac salutaria monita suggerant, vel si confiteri velint, confessionem audiant, & absolutionem dent: multò magis hac præstent, si ab agrotis petantur. Admoneant etiam domesticos, & ministros infirmi, ut si morbus ingravescat, vel infirmus incipiat agonizare, statim ipsum Parochum vel Sacerdotem accersant, quo morientem adjuvet, ejusque animam Deo commendet, juxta modum infra post Psalmos Pœnitentiales positum.





O R D O  
**INUNGENDI INFIRMUM**  
 TEMPORE SUMMÆ NE-  
 cessitatis, vel Pestilentia.

Ingrediendo locum, ubi jacet infirmus, Sacerdos dicat.

**P**Ax ✝ huic domui. Et omnibus habitantibus in ea.

Antiphona.

**B**enedic Domine domum istam, & omnes habitantes in ea, quia tu Domine dixisti: Pax huic domui. Benedic Domine timentes te, pufillos cum majoribus. Benedicti vos à Domino, qui fecit cœlum & terram.

O remus.

**O**Mnipotens, & misericors Deus, qui Sacerdotibus tuis tantam, præ cæteris, gratiam

tiam contulisti, ut quicquid in tuo nomine, ab eis dignè, perfectèque agitur, à te fieri credatur, quæsumus immensam clementiam tuam, ut quicquid modò visitamus, atque benedicimus, intercedente Beata Maria virgine, cum omnibus Sanctis tuis, visites, & benedicas, fiatque ad nostræ humilitatis introitum, fuga dæmonum, & angeli pacis ingressio; Per Christum Dominum nostrum. Amen.

**Tunc lotum pollicem, vel spatulam intingat in sacrum oleum, & per modum ✝ crucis liniat obvium sensus organum, & ad unctionem magis expositum, vel oculos, vel aures, vel nares, vel os, vel manus, & dicat:**

**P**er istam sanctam unctionem ✝, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus noster JESUS Christus, quicquid per visum, auditum, odoratum, gustum, & tactum deliquisti. Amen.

**Deinde bombacio, vel stupâ, abstergat locum inunctum, & pollicem, vel spatulam, & subjungat hanc benedictionem.**

**Bene-**

**B**enedicat ✠ te Deus Pater, qui te creavit; Benedicat ✠ te Filius Dei, qui pro te passus est in cruce; Benedicat ✠ te Spiritus sanctus, qui in te effusus est in baptismo; Benedicat te Deus Pater; sanet te Filius Dei; Illuminet te Spiritus sanctus, corpus tuum custodiat, animam tuam salvet, cor tuum irradiet, sensum tuum dirigat, & ad supernam vitam te perducatur; Qui vivit, & regnat per cuncta sæcula Deus. Amen.

Ultimò valedicat ei dicendo.

**B**enedictio Dei Patris ✠ omnipotentis, & Filij, & Spiritus sancti, descendat super te, & maneat semper. Amen.



**S E P T E M P S A L M I  
P O E N I T E N T I A L E S,**

Cum Litanijis,

Pro infirmis, dum sacro liniuntur Oleo, seu pro  
alia necessitate, dicuntur flexis genibus.

Antiph. **N**e reminiscaris.

Psalmus 6.

**D**omine, ne in furore tuo arguas me: \*  
neque in ira tua corripas me.

**M**iserere mei Domine, quoniam infirmus  
sum: \* sana me Domine, quoniam conturbata  
sunt ossa mea.

**E**t anima mea turbata est valdè: \* sed tu  
Domine usquequo?

**C**onvertere Domine, & eripe animam me-  
am: \* saluum me fac propter misericordiam  
tuam.

**Q**uoniam non est in morte, qui memor  
sit tui: \* in inferno autem quis confitebitur  
tibi?

**L**aboravi in gemitu meo, lavabo per sin-  
gulas noctes lectum meum: \* lachrymis meis

S

stra-

stratum meum rigabo.

**T**urbatus est à furore oculus meus: \* inveteravi inter omnes inimicos meos.

**D**iscedite à me omnes qui operamini iniquitatem: \* quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

**E**xaudivit Dominus deprecationem meam: \* Dominus orationem meam suscepit.

**E**rubescant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei: \* convertantur, & erubescant valde velociter.

**G**loria Patri, & Filio, \* & Spiritui sancto.

**S**icut erat in principio, & nunc, & semper: \* & in sæcula sæculorum, Amen.

**Psalmus 31**

**B**eatissimi, quorum remissa sunt iniquitates: \* & quorum tecta sunt peccata.

**B**eatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum: \* nec est in spiritu ejus dolus.

**Q**uoniam tacui, inveteraverunt ossa mea: \* dum clamarem tota die.

**Q**uoniam die ac nocte gravata est super me manus tua: \* conversus sum in ærumna mea, dum configitur spina.

**Deli-**

**D**eliſtum meum cognitum tibi feci: \* & inſtitiam meam non abſcondi.

**D**ixi confitebor adverſum me inſtitiam meam Domino: \* & tu remiſiſti impietatem peccati mei.

**P**ro hac orabit ad te omnis ſanctus, \* in tempore opportuno.

**V**eruntamen in diluvio aquarum multarum: \* ad eum non approximabunt.

**T**u es refugium meum à tribulatione, quæ circumdedit me: \* exultatio mea, erue me à circumdantibus me.

**I**nſtellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac, qua gradieris: \* firmabo ſuper te oculos meos.

**N**olite fieri ſicut equus, & mulus: \* quibus non eſt intellectus.

**I**n camo & freno maxillas eorum conſtringe: \* qui non approximant ad te.

**M**ulta flagella peccatoris: \* ſperantem autem in Domino miſericordia circumdabit.

**L**ætamini in Domino, & exultate juſti: \* & gloriamini omnes recti corde.

**G**loria Patri, & Filio, &c.

## Psalmus 37.

**D**omine, ne in furore tuo aguas me, \* ne  
quē in ira tua corripias me.

**Q**uoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi: \*  
& confirmasti super me manum tuam.

**N**on est sanitas in carne mea à facie iræ  
tuæ: \* non est pax ossibus meis à facie pecca-  
torum meorum.

**Q**uoniam iniquitates meæ supergressæ  
sunt caput meum: \* & sicut onus grave gravatæ  
sunt super me.

**P**utruerunt, & corruptæ sunt cicatrices  
meæ, \* à facie insipientiæ meæ.

**M**iser factus sum, & curvatus sum usque  
in finem: \* tota die contristatus ingrediebar.

**Q**uoniam lumbi mei impleti sunt illusio-  
nibus: \* & non est sanitas in carne mea.

**A**fflictus sum, & humiliatus sum nimis: \*  
rugiebam à gemitu cordis mei.

**D**omine, ante te omne desiderium meum: \*  
& gemitus meus à te non est absconditus.

**C**or meum conturbatum est, dereliquit me  
virtus mea: \* & lumen oculorum meorum,  
& ipsum non est mecum.

**A** mi-

**A**mici mei, & proximi mei, \* adversum me  
appropinquaverunt, & steterunt.

**E**t qui juxta me erant, de longè steterunt: \*  
& vim faciebant, qui quærebant animam meã.

**E**t qui inquirebant mala mihi, locuti sunt  
vanitates: \* & dolos tota die meditabantur.

**E**go autem tanquam surdus non audie-  
bam: \* & sicut mutus non aperiens os suum.

**E**t factus sum sicut homo non audiens: \*  
& non habens in ore suo redargutiones.

**Q**uoniam in te, Domine, speravi: \* tu ex-  
audies me Domine Deus meus.

**Q**uia dixi: Ne quando supergaudeant mi-  
hi inimici mei: \* & dùm commoventur pedes  
mei, super me magna locuti sunt.

**Q**uoniam ego in flagella paratus sum: \*  
& dolor meus in conspectu meo semper.

**Q**uoniam iniquitatẽ meam annuntiabo: \*  
& cogitabo pro peccato meo.

**I**nimici autem mei vivunt, & confirmati  
sunt super me: \* & multiplicati sunt qui oderunt  
me iniquè.

**Q**ui retribuunt mala pro bonis, detrahe-  
bant mihi: \* quoniam sequebar bonitatem.

**N**e derelinquas me Domine Deus meus: \*  
ne discefferis à me.

**I**ntende in adiutorium meum: \* Domine  
Deus salutis meæ.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 50.

**M**iserere mei Deus, \* secundum magnā  
misericordiam tuam.

**E**t secundum multitudinem miserationum  
tuarum, \* dele iniquitatem meam.

**A**mplius lava me ab iniquitate mea: \* &  
à peccato meo munda me.

**Q**uoniam iniquitatem meam ego cognos-  
co, \* & peccatum meum contra me est sem-  
per.

**T**ibi soli peccavi, & malum coram te fe-  
ci: \* ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas  
cùm judicaris.

**E**cce enim in iniquitatibus cōceptus sum: \*  
& in peccatis concepit me mater mea.

**E**cce enim veritatem dilexisti: \* incerta,  
& occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

**A**sperges me hyssopo, & mundabor: \* la-  
vabis me, & super nivem dealbabor.

**A**udi-

**A**uditui meo dabis gaudium, & lætitiã: \*  
& exultabunt ossa humiliata.

**A**verte faciem tuam à peccatis meis: \* &  
omnes iniquitates meas dele.

**C**or mundum crea in me Deus: \* & spiri-  
tum rectum innova in visceribus meis.

**N**e projicias me à facie tua: \* & spiritum  
sanctum tuum ne auferas à me.

**R**edde mihi lætitiã salutaris tui: \* & spi-  
ritu principali confirma me.

**D**ocebo iniquos vias tuas: \* & impij ad te  
convertentur.

**L**ibera me de sanguinibus Deus, Deus salu-  
tis meæ: \* & exultabit lingua mea justitiã tuã.

**D**omine, labia mea aperies: \* & os meum  
annunciabit laudem tuam.

**Q**uoniam si voluisses sacrificium, dedissem  
utique: \* holocaustis non delectaberis.

**S**acrificium Deo spiritus contribulatus: \*  
cor contritum, & humiliatum, Deus, non de-  
spicies.

**B**enignè fac Domine in bona voluntate tua  
Sion: \* ut ædificentur muri Jerusalem.

**T**unc acceptabis sacrificium justitiæ, obla-

tiones, & holocausta: \* tunc imponent super altare tuum vitulos.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 101.

**D**omine exaudi orationem meam: \* & clamor meus ad te veniat.

**N**on avertas faciem tuam à me: \* in quacunq; die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

**I**n quacunq; die invocavero te, \* velociter exaudi me.

**Q**uia defecerunt sicut fumus dies mei: \* & ossa mea sicut cremium aruerunt.

**P**ercussus sum ut foenum, & aruit cor meum: \* quia oblitus sum comedere panem meum.

**A**voce gemitus mei, \* adhæsit os meum carni meæ.

**S**imilis factus sum pellicano solitudinis: \* factus sum sicut nycticorax in domicilio.

**V**igilavi, \* & factus sum sicut passer solitarius in tecto.

**T**ota die exprobrabant mihi inimici mei: \* & qui laudabant me, adversum me jurabant.

**Q**uia cinerem tanquam panem manducabam, \* & potum meum cum fletu miscebam.

A fa-

**A** facie iræ & indignationis tuæ: \* quia elevans allifisti me.

**D**ies mei sicut umbra declinaverunt: \* & ego sicut fœnum arui.

**T**u autem Domine in æternum permanes: \* & memoriale tuum in generatione & generationem.

**T**u exurgens misereberis Sion: \* quia tempus miserendi eius, quia venit tempus.

**Q**uoniam placuerunt servis tuis lapides eius: \* & terræ ejus miserebuntur.

**E**t timebunt gentes nomen tuum Domine: \* & omnes reges terræ gloriam tuam.

**Q**uia ædificavit Dominus Sion: \* & videbitur in gloria sua.

**R**espexit in orationem humilium: \* & non sprexit precem eorum.

**S**cribantur hæc in generatione altera: \* & populus, qui creabitur, laudabit Dominum.

**Q**uia prospexit de excelso sancto suo: \* Dominus de cœlo in terram aspexit:

**U**t audiret gemitus compeditorum: \* ut solveret filios interemptorum:

**U**t annuncient in Sion nomen Domini: \*

& laudem eius in Ierusalem.

In conveniendo populos in unum, \* & reges ut serviant Domino.

Respondit ei in via virtutis suæ: \* paucitatem dierum meorum nuncia mihi.

Ne revoces me in dimidio dierum meorum: \* in generationē, & generationē anni tui.

Initio tu Domine terram fundasti: \* & opera manuum tuarum sunt cœli.

Ipsi peribunt, tu autem permanes: \* & omnes sicut vestimentum veterascent.

Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: \* tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.

Filij servorum tuorum habitabunt: \* & semen eorum in sæculum dirigitur.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Psalmus 129.

**D**E profundis clamavi ad te Domine: \* Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes, \* in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris Domine: \* Domine quis sustinebit?

Quia

**Q**uia apud te propiatio est: \* & propter legem tuam sustinui te Domine.

**S**ustinuit anima mea in verbo eius: \* speravit anima mea in Domino.

**A** custodia matutina usque ad noctem, \* speret Israël in Domino.

**Q**uia apud Dominum misericordia: \* & copiosa apud eum redemptio.

**E**t ipse redimet Israël, \* ex omnibus iniquitatibus eius.

**G**loria Patri, &c.

**Psalmus 142.**

**D**omine exaudi orationem meam: auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua: \* exaudi me in tua iustitia.

**E**t non intres in iudicium cum seruo tuo: \* quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

**Q**uia persecutus est inimicus animam meam: \* humiliavit in terra vitam meam.

**C**ollocavit me in obscuris sicut mortuos sæculi: \* & anxius est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.

**M**emor fui dierum antiquorum, medita-

tus sum in omnibus operibus tuis : \* in factis  
manuum tuarum meditabar.

**E**xpandi manus meas ad te : \* anima mea  
sicut terra sine aqua tibi.

**V**elociter exaudi me Domine : \* defecit  
spiritus meus.

**N**on avertas faciem tuam à me : \* & simi-  
lis ero descendentibus in lacum.

**A**uditam fac mihi manè misericordiam tu-  
am : \* quia in te speravi.

**N**otam fac mihi viam, in qua ambulem : \*  
quia ad te levavi animam meam.

**E**ripe me de inimicis meis Domine, ad te  
confugi : \* doce me facere voluntatem tuam,  
quia Deus meus es tu.

**S**piritus tuus bonus deducet me in terram  
rectam : \* propter nomen tuum Domine vivi-  
ficabis me in æquitate tua.

**E**duces de tribulatione animam meam : \*  
& in misericordia tua disperdes omnes inimi-  
cos meos.

**E**t perdes omnes, qui tribulant animam  
meam : \* quoniam ego servus tuus sum.

**G**loria Patri, & Filio, \* & Spiritui sancto.

Sicut

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, \* & in sæcula sæculorum, Amen.

## Antiphona.

**N**E reminiscaris, Domine, delicta nostra, vel parentum nostrorum: neque vindictam sumas de peccatis nostris.

## LITANIA.

**K**Yrie eleison.  
**C**hriste eleison.

**K**Yrie eleison.

**C**hriste audi nos.

**C**hriste exaudi nos.

**P**ater de cœlis Deus, miserere nobis.

**F**ili Redemptor mundi Deus, miserere nobis.

**S**piritus sancte Deus, miserere nobis.

**S**ancta Trinitas unus Deus, miserere nobis.

**S**ancta Maria, ora pro nobis.

**S**ancta Dei Genitrix, ora pro nobis.

**S**ancta Virgo Virginum, ora pro nobis.

**S**ancte Michaël, ora pro nobis.

**S**ancte Gabriel, ora pro nobis.

**S**ancte Raphaël, ora pro nobis.

**O**mnes sancti Angeli, & Archangeli, orate.  
**O**mnes sancti beatorum Spirituum ordines,  
 orate pro nobis.  
**S**ancte Joannes Baptista, ora pro nobis.  
**O**mnes sancti Patriarchæ, & Prophetæ, orate.  
**S**ancte Petre, ora pro nobis.  
**S**ancte Paule, ora pro nobis.  
**S**ancte Andrea, ora pro nobis.  
**S**ancte Jacobe, ora pro nobis.  
**S**ancte Joannes, ora pro nobis.  
**S**ancte Thoma, ora pro nobis.  
**S**ancte Jacobe, ora pro nobis.  
**S**ancte Philippe, ora pro nobis.  
**S**ancte Bartholomæe, ora pro nobis.  
**S**ancte Matthæe, ora pro nobis.  
**S**ancte Simon, ora pro nobis.  
**S**ancte Thaddæe, ora pro nobis.  
**S**ancte Mathia, ora pro nobis.  
**S**ancte Barnaba, ora pro nobis.  
**S**ancte Luca, ora pro nobis.  
**S**ancte Marce, ora pro nobis.  
**O**mnes sancti Apostoli, & Evangelistæ, orate.  
**O**mnes sancti Discipuli Domini, orate.  
**O**mnes sancti Innocentes, orate.

**S**ancte

<b>S</b> ancte Stephane,	ora pro nobis.
<b>S</b> ancte Laurenti,	ora pro nobis.
<b>S</b> ancte Vincenti,	ora pro nobis.
<b>S</b> ancte Pelagi,	ora pro nobis.
<b>S</b> ancte Meinrade,	ora pro nobis.
<b>S</b> ancte Trutperte,	ora pro nobis.
<b>S</b> ancte Mauriti cum Sociis tuis,	ora pro nobis.
<b>S</b> ancte Leodegari,	ora pro nobis.
<b>S</b> ancti Fabiane & Sebastiane,	orate pro nob.
<b>S</b> ancti Joannes, & Paule,	orate pro nob.
<b>S</b> ancti Cosma, & Damiane,	orate pro nob.
<b>S</b> ancti Gervasi, & Protasi,	orate pro nob.
<b>S</b> ancti Foelix, & Regula,	orate pro nob.
<b>O</b> mnes sancti Martyres,	orate pro nob.
<b>S</b> ancte Silvester,	ora pro nobis.
<b>S</b> ancte Gregori,	ora pro nobis.
<b>S</b> ancte Ambrosi,	ora pro nobis.
<b>S</b> ancte Augustine,	ora pro nobis.
<b>S</b> ancte Hieronyme,	ora pro nobis.
<b>S</b> ancte Martine,	ora pro nobis.
<b>S</b> ancte Nico'ae,	ora pro nobis.
<b>S</b> ancte Conrade,	ora pro nobis.
<b>S</b> ancte Udaltice,	ora pro nobis.
<b>S</b> ancte Gebharde,	ora pro nobis.

Omnes

**O**mnes sancti Pontifices, & Confessores, orate.  
**O**mnes sancti Doctores, ora pro nob.  
**S**ancte Antoni, ora pro nobis.  
**S**ancte Benedicte, ora pro nobis.  
**S**ancte Bernarde, ora pro nobis.  
**S**ancte Fridoline, ora pro nobis.  
**S**ancte Galle, ora pro nobis.  
**S**ancte Magne, ora pro nobis.  
**S**ancte Othmare, ora pro nobis.  
**S**ancte Dominice, ora pro nobis.  
**S**ancte Francisce, ora pro nobis.  
**O**mnes sancti Sacerdotes & Levitæ, orate.  
**O**mnes sancti Monachi, & Eremitæ, orate.  
**S**ancta Maria Magdalena, ora pro nobis.  
**S**ancta Agatha, ora pro nobis.  
**S**ancta Lucia, ora pro nobis.  
**S**ancta Agnes, ora pro nobis.  
**S**ancta Cæcilia, ora pro nobis.  
**S**ancta Catharina, ora pro nobis.  
**S**ancta Anastasia, ora pro nobis.  
**S**ancta Afra, ora pro nobis.  
**S**ancta Verena, ora pro nobis.  
**S**ancta Ursula, cum Sodalibus tuis, ora.  
**S**ancta Barbara, ora pro nobis.

Sancta

<b>S</b> ancta Elisabeth,	ora pro nobis.
<b>O</b> mnes sanctæ Virgines, & Viduæ,	orate.
<b>O</b> mnes Sancti, & Sanctæ Dei,	intercedite pro nobis.
<b>P</b> ropitius esto,	Parce nobis, Domine.
<b>P</b> ropitius esto,	Exaudi nos, Domine.
<b>A</b> b omni malo,	Libera nos, Domine.
<b>A</b> b omni peccato,	Libera nos, Domine.
<b>A</b> b ira tua,	Libera nos, Domine.
<b>A</b> subitanea, & improvisa morte,	Libera.
<b>A</b> b insidijs diaboli,	Libera.
<b>A</b> b ira, & odio, & omni mala voluntate,	Libera.
<b>A</b> spiritu fornicationis,	Libera.
<b>A</b> fulgure, & tempestate,	Libera.
<b>A</b> morte perpetua,	Libera.
<b>P</b> er mysteriũ sanctæ incarnationis tuæ,	Libera.
<b>P</b> er adventum tuum,	Libera.
<b>P</b> er nativitatem tuam,	Libera.
<b>P</b> er baptismum, & sanctũ jejunium tuũ,	Libera.
<b>P</b> er crucem, & passionem tuam,	Libera.
<b>P</b> er mortem, & sepulturam tuam,	Libera.
<b>P</b> er sanctam resurrectionem tuam,	Libera.
<b>P</b> er admirabilem ascensionem tuam,	Libera.
<b>P</b> er adventum Spiritus sancti Paracliti,	Libera.

V

In

Sancta

**I**n die iudicij, Libera nos Domine.  
**P**eccatores, Terogamus, audi nos.  
**U**t nobis parcas, Terogamus.  
**U**t nobis indulgeas, Terogamus.  
**U**t ad veram pœnitentiam nos perducere dig-  
 neris, Terogamus.  
**U**t Ecclesiam tuam sanctam regere, & con-  
 servare digneris, Terogamus.  
**U**t domnum Apostolicum, & omnes Eccle-  
 siasticos ordines, in sancta religione con-  
 servare digneris, Terogamus.  
**U**t inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare dig-  
 neris, Terogamus.  
**U**t Regibus, & Principibus Christianis pacem,  
 & verã concordia donare digneris, Terog.  
**U**t cuncto populo Christiano pacem, & unita-  
 tem largiri digneris, Terogamus.  
**U**t nosmetipsos in tuo sancto servitio confor-  
 tare, & conservare digneris, Terogamus.  
**U**t mentes nostras ad cœlestia desideria eri-  
 gas, Terogamus.  
**U**t omnibus benefactoribus nostris sempiter-  
 na bona retribuas, Terogamus.  
**U**t animas nostras, fratrum, propinquorum,

&amp;

& benefactorum nostrorum, ab æterna  
damnatione eripias, Terogamus.

**U**t fructus terræ dare, & conservare digneris,  
Te rogamus audi nos.

**U**t omnibus fidelibus defunctis requiem æter-  
nam donare digneris, Terogamus.

**U**t nos exaudire digneris, Terogamus.

**F**ili Dei, Terogamus, audi nos.

**A**gnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce  
nobis Domine.

**A**gnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi  
nos Domine.

**A**gnus Dei, qui tollis peccata mundi, Mife-  
rere nobis.

**C**hriste audi nos.

**C**hriste exaudi nos.

**K**yrie eleison.

**C**hriste eleison.

**K**yrie eleison. **P**ater noster. *secretò.*

**V.** Et ne nos inducas in tentationem.

**R.** Sed libera nos à malo.

**Psalmus 69.**

**D**eus, in adjutorium meum intende: ★  
Domine ad adjuvandum me festina.

**C**onfundantur, & revereantur, \* qui quaerunt animam meam.

**A**vertantur retrorsum, & erubescant, \* qui volunt mihi mala.

**A**vertantur statim erubescences, \* qui dicunt mihi: Euge, euge.

**E**xultent, & lætentur in te omnes, qui quaerunt te, \* & dicant semper: Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.

**E**go verò egenus, & pauper sum: \* Deus adjuva me.

**A**djutor meus, & liberator meus es tu: \* Domine, ne moreris.

**G**loria Patri, &c.

**V.** Salvos fac servos tuos.

**R.** Deus meus sperantes in te.

**V.** Esto nobis, Domine, turris fortitudinis.

**R.** A facie inimici.

**V.** Nihil proficiat inimicus in nobis.

**R.** Et filius iniquitatis nō apponat nocere nobis.

**V.** Domine, non secundum peccata nostra facias nobis.

**R.** Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

**V.** Ore-

- ℣.** Oremus pro Pontifice nostro N.  
**℞.** Dominus conseruet eum, & vivificet eum,  
 & beatum faciat eum in terra, & non tra-  
 dat eum in animam inimicorum ejus.  
**℣.** Oremus pro benefactoribus nostris.  
**℞.** Retribuere dignare Domine omnibus nobis  
 bona facientibus propter nomen tuum vi-  
 tam æternam, Amen.  
**℣.** Oremus pro fidelibus defunctis.  
**℞.** Requiem æternam dona eis Domine, &  
 lux perpetua luceat eis.  
**℣.** Requiescant in pace. **℞.** Amen.  
**℣.** Pro fratribus nostris absentibus.  
**℞.** Salvos fac servos tuos, Deus meus speran-  
 tes in te.  
**℣.** Mitte eis Domine auxilium de sancto.  
**℞.** Et de Sion tuere eos.  
**℣.** Domine exaudi orationem meam.  
**℞.** Et clamor meus ad te veniat.  
**℣.** Dominus vobiscum.  
**℞.** Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

**D**eus, cui proprium est misereri semper,  
 & parcere: suscipe deprecationem no-

V 3

stra m.

stram: ut nos, & omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absolvat.

**E**Xaudi, quæsumus Domine, supplicum preces, & confitentium tibi parce peccatis: ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus, & pacem.

**I**neffabilem nobis Domine misericordiam tuam clementer ostende: ut simul nos & à peccatis omnibus exuas, & à pœnis, quas pro his meremur, eripias.

**D**eus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris; preces populi tui supplicantis propitius respice; & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte.

**O**mnipotens sempiterne Deus, miserere famulo tuo Pontifici nostro **N.** & dirige eum secundum tuam clementiam, in viam salutis æternæ: ut te donante tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat.

**D**eus, à quo sancta desideria, recta consilia, & iusta sunt opera: da servis tuis il-

lam,

lam, quam mundus dare non potest, pacem: ut & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla.

**U** Re igne sancti Spiritus renes nostros, & cor nostrum, Domine: ut tibi casto corpore seruiamus, & mundo corde placeamus.

**F** idelium Deus omnium Conditor, & Redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optaverunt, pijs supplicationibus consequantur.

**A** ctiones nostras, quæsumus Domine, aspirando præveni, & adjuvando prosequere: ut cuncta nostra oratio, & operatio à te semper incipiat, & per te cœpta finiatur.

**O** Mnipotens sempiterne Deus, qui vivorum dominaris simul & mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide, & opere futuros esse prænoscis: te supplices exoramus; ut pro quibus effundere preces decrevimus; quosque vel præsens sæculum adhuc in

carne

carne retinet, vel futurum jam exutos corpore  
 suscepit, intercedentibus omnibus Sanctis tuis,  
 pietatis tuæ clementia, omnium delictorum su-  
 orum veniam consequantur. Per Dominum  
 nostrum JESUM Christum filium tuum: Qui  
 tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus sancti  
 Deus, per omnia sæcula sæculorum. **℞.** Amen

**℣.** Dominus vobiscum.

**℞.** Et cum spiritu tuo.

**℣.** Exaudiat nos omnipotens, & misericors  
 Dominus.

**℞.** Amen.

**℣.** Et fidelium animæ per misericordiam Dei  
 requiescant in pace.

**℞.** Amen.



ORDO



## ORDO ET MODVS IUVANDI MORIENTES

& commendandi Animam  
morituri.

**P**rochus seu Curatus juxta admonitionem superius factam infirmum frequentius visitabit, idque potissimum in gravescente morbo, ac ad salutem diligenter juvare non desinet: monebitque instante periculo se confestim vocari, ut in tempore præstito sit morienti ad commendationem animæ, prout infra, faciendam. Priusquam verò eam incipiat, sequentia pietatis officia, si tempus suppetat, præstare poterit, si ita expedire judicaverit, pro conditione personæ.

Ac primò, si ægrotus indulgentiam legitimâ auctoritate concessam consequi possit, eam illi reducat ad mentem, proponatque quid ad eam consequendam agere debeat; præsertim, ut contrito corde sanctissimum nomen JESU semel vel sæpius invocet.

X

Dein-

Deinde hortetur infirmum, & excitet, ut dum mente viget, eliciat actus fidei, spei, & charitatis, aliarumque virtutum, nempe,

**U**T firmiter credat omnes articulos Fidei, & quidquid sancta Romana Ecclesia Catholica, & Apostolica credit, & docet.

Vt speret, Christum Dominum nostrum pro sua immensa clementia sibi fore propitium, & merito eius sanctissima Passionis, & per intercessionem beatae Mariae, & omnium Sanctorum se vitam aeternam consecuturum.

Vt toto corde diligit, & maximè diligere cupiat Dominum Deum ea dilectione, qua illum diligunt Beati Sanctique omnes.

Vt ob amorem Dei doleat ex corde de omni offensa, qualitercunque contra Dominum Deum & proximum commissa.

Vt ex corde ob amorem Dei ignoscat omnibus, qui sibi quoquo modo fuerint molesti, aut inimici.

Vt ab ijs veniam postulet, quos aliquando dictis aut factis offendit.

Vt quem patitur dolorem, & morbi mole-

fiam

*fiam propter Deum in pœnitentiam peccatorum suorum patienter tolleret.*

*Vt si Dominus sibi salutem corporis prestare dignabitur, proponat de cetero pro viribus suis à peccatis cavere, & eius mandata servare.*

**Hortetur præterea, ut eo modo, quo potest, saltem ex corde ita per intervalla precetur.**

Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam.

In te Domine speravi, non confundar in æternum.

In manus tuas Domine commendo spiritum meum, redemisti me, Domine Deus veritatis.

Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adjuvandum me festina.

Esto mihi Domine in Deum protectorem.  
Deus propitius esto mihi peccatori.

Dulcissime Domine IESU Christe, per virtutem sanctissimæ Passionis tuæ recipe me in numerum electorum tuorum.

Domine IESU Christe suscipe spiritum meum.

Maria Mater gratiæ, Mater misericordiæ,

Tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe.

Sancte Angele Dei, mihi custos assiste.

Omnes sancti Angeli, & omnes Sancti intercedite pro me, & mihi succurrite.

*Hæc & his similia poterit prudens Sacerdos Germanico vel Latino sermone, pro personæ captu, morienti suggerere.*

*Deinde sequentes Preces, quanta poterit majori devotione dicat, admoneâtque domesticos, & circumstantes, ut simul orent pro moriente.*

### ORDO COMMENDATIONIS ANIMÆ.

**P**arochus igitur ad decedentis animæ commendationem accedens, ingrediendo locum dicat.

Pax huic domui, & omnibus habitantibus in ea.

*Deinde aspergat ægrotum, lectum, & circumstantes Aquâ benedictâ, dicens.*

Asperges me Domine hyssopo, & mundabor, lavabis me, & super nivem dealbabor.

*Postea*

Postea Salvatoris nostri Crucifixi imaginem  
 ægrototo osculandam præbeat, verbis efficaci-  
 bus eum, ut supra, ad spem æternæ salutis eri-  
 gens, ipsâque imagine Crucifixi coram eo po-  
 sitâ, ut illam aspiciens salutis suæ spem sumat,  
 & accensâ candelâ flexis genibus cum omni-  
 bus circumstantibus, primum breves Litanias  
 devotè recitet, in hunc modum :

**K**yrie eleison.  
 Chryste eleison.  
 Kyrie eleison.

<b>S</b> ancta Maria,	ora pro * eo (ca.)
<b>O</b> mnnes sancti Angeli & Archangeli,	orate.
<b>S</b> ancte Abel,	ora pro eo.
<b>O</b> mnis chorus justorum,	ora pro eo.
<b>S</b> ancte Abraham,	ora pro eo.
<b>S</b> ancte Ioannes Baptista,	ora pro eo.
<b>O</b> mnnes sancti Patriarchæ & Prophetæ,	orate.
<b>S</b> ancte Petre,	ora pro eo.
<b>S</b> ancte Paule,	ora pro eo.
<b>S</b> ancte Andrea,	ora pro eo.
<b>S</b> ancte Ioannes,	ora pro eo.
<b>O</b> mnnes sancti Apostoli, & Evangelistæ,	orate.
<b>O</b> mnnes sancti discipuli Domini,	orate pro.

X 3

Omnnes

<b>O</b> mnes sancti Innocentes,	orate pro eo.
<b>S</b> ancte Stephane,	ora pro eo.
<b>S</b> ancte Laurenti,	ora pro eo.
<b>O</b> mnes sancti Martyres,	orate pro eo.
<b>S</b> ancte Sylvester,	ora pro eo.
<b>S</b> ancte Gregori,	ora pro eo.
<b>S</b> ancte Augustine,	ora pro eo.
<b>O</b> mnes sancti Pontifices & Confessores,	orate.
<b>S</b> ancte Benedicte,	ora pro eo.
<b>S</b> ancte Francisce,	ora pro eo.
<b>O</b> mnes sancti Monachi & Eremitæ,	orate.
<b>S</b> ancta Maria Magdalena,	ora pro eo.
<b>S</b> ancta Lucia,	ora pro eo.
<b>O</b> mnes sanctæ Virgines, & Viduæ,	orate.
<b>O</b> mnes Sancti, & Sanctæ Dei,	Intercedite pro eo.

**P**ropitius esto,

Parce ei Domine.

**P**ropitius esto,**P**ropitius esto,**A**b ira tua,**A**periculo mortis,**A** mala morte,**A**pœnis inferni,**A**b omni malo,

} Libera \*eum  
(eam) Do-  
mine.

**A** po-

**A** potestate diaboli,  
**P**er nativitatem tuam,  
**P**er crucem & passionem tuam,  
**P**er mortem & sepulturam tuam. Libera \* eū  
**P**er gloriosam resurrectionē tuā, (eam) Do-  
**P**er admirabilem ascensionē tuā, mine.  
**P**er gratiam Spiritus sancti Para-  
 cliti,  
**I**n die Judicij,  
**P**eccatores, Te rogamus audi nos.  
**U**t ei parcas, Te rogamus audi nos.  
**K**yrie eleison, **C**hriste eleison, **K**yrie eleison.

Deinde cū in agone sui exitus anima  
 anxietur, dicantur sequentes Orationes.

## Oratio

**P**roficiscere, anima Christiana de hoc  
 mundo, in nomine Dei Patris omnipo-  
 tentis, qui te creavit; In nomine J E S U  
 Christi Filij Dei vivi, qui pro te passus est; In no-  
 mine Spiritus sancti, qui in te effusus est; In no-  
 mine Angelorum & Archangelorum; In nomi-  
 ne Thronorum & Dominationum; In nomine  
 Principatum & Potestatum; In nomine Che-  
 rubim & Seraphim; In nomine Patriarcharum

&amp;

& Prophetarum; In nomine sanctorum Apostolorum & Evangelistarum; In nomine sanctorum Martyrum & Confessorum; In nomine sanctorum Monachorum & Eremitarum; In nomine sanctarum Virginum, & omnium Sanctorum & Sanctarum Dei: hodie sit in pace locus tuus, & habitatio tua sit in sancta Sion; Per eundem Christum Dominum nostrum. **ms.** Amen.

## Oratio.

**D**Eus misericors, Deus clemens, Deus, qui secundum multitudinem miserationum tuarum peccata poenitentium deles, & praeteritorum criminum culpas venia remissionis evacuas: respice propitius \* hunc famulum tuum **N.** (hanc famulam tuam **N.**) & remissionem illi omnium peccatorum suorum tota cordis confessione poscentem deprecatus exaudi. Renova in \* eo (ea) piissime Pater, quicquid terrena fragilitate corruptum, vel quicquid diabolica fraude, violatum est: & unitati corporis Ecclesiae membrum redemptionis annecte. Miserere Domine gemitum, miserere lacrymarum eius: & non habentem fiduciam, nisi in misericordia tua, ad tuae sacramentum

recon-

reconciliationis admitte; Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

**C**ommando te omnipotenti Deo, \* charissime frater, (charissima soror) & ei, cuius es creatura, committo: ut cum humanitatis debitum morte interveniente persolveris, ad auctorem tuum, qui te de limo terræ formaverat, revertaris. Egredienti itaque animæ tuæ de corpore splendidus Angelorum cœtus occurrat: iudex Apostolorum tibi senatus adveniat: candidatorum tibi Martyrum triumphator exercitus obviet: liliata rutilantium te Confessorum turma circumdet: jubilantium te Virginum chorus excipiat: & beatæ quietis in sinu Patriarcharum te complexus astringat: mitis atq; festivus Christi JESU tibi aspectus appareat, qui te inter assistentes sibi jugiter interesse decernat. Ignores omne, quod horret in tenebris, quod stridet in flammis, quod cruciat in tormentis. Cedat tibi teterrimus satanas, cum satellitibus suis: in adventu tuo te comitantibus Angelis contremiscat, atque in æternæ noctis chaos immane diffugiat. Exsurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant, qui oderunt

Y

eum,

eum, à facie eius. Sicut deficit fumus, deficiant, sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei: & iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei. Confundantur igitur, & erubescant omnes tartaræ legiones, & ministri satanæ iter tuum impedire non audeant. Liberet te à cruciatu Christus, qui pro te crucifixus est. Liberet te ab æterna morte Christus, qui pro te mori dignatus est. Constituat te Christus Filius Dei vivi intra paradisi sui semper amœna virentia, & inter oves suas te verus ille Pastor agnoscat. Ille ab omnibus peccatis tuis te absolvat; atq; ad dexteram suam in electorum suorum te sorte constituat. Redemptorem tuum facie ad faciem videas, & præsens semper assistens, manifestissimam beatis oculis aspicias veritatem. \* Constitutus (Constituta) igitur inter agmina beatorum, divinæ contemplationis dulcedine potiaris in sæcula sæculorū. *Rz.* Amen.

## Oratio.

**S**uscipe Domine \* servum tuum (servam tuam) in locum sperandæ sibi salvationis à misericordia tua. *Rz.* Amen.

**L**ibera Domine animam \* servi tui, (ser-

væ

væ tuæ) ex omnibus periculis inferni, & de laqueis poenarum, & ex omnibus tribulationibus.  
**Rz.** Amen.

**L**ibera Domine animam \*servi tui, (servæ tuæ) sicut liberafti Enoch & Eliam, de communi morte mundi. **Rz.** Amen.

**L**ibera Domine animam \*servi tui, (servæ tuæ) sicut liberafti Noë, de diluvio. **Rz.** Amen.

**L**ibera Domine animam \*servi tui, (servæ tuæ) sicut liberafti Abraham, de Ur Chaldæorum. **Rz.** Amen.

**L**ibera Domine animam \*servi tui, (servæ tuæ) sicut liberafti Job, de passionibus fuis. **Rz.** Amen.

**L**ibera Domine animam \*servi tui, (servæ tuæ) sicut liberafti Isaac, de hostia, & de manu patris sui Abrahæ. **Rz.** Amen.

**L**ibera Domine animam \*servi tui, (servæ tuæ) sicut liberafti Lot, de Sodomis, & de flamma ignis. **Rz.** Amen.

**L**ibera Domine animam \*servi tui, (servæ tuæ) sicut liberafti Moysen de manu Pharaonis regis Ægyptiorum. **Rz.** Amen.

**L**ibera Domine animam \*servi tui, (servæ

tuæ) sicut liberaſti Daniele de lacu leonum.  
 R. Amen.

Libera Domine animam \* ſervi tui, ( ſervæ  
 tuæ) ſicut liberaſti tres pueros de camino ignis  
 ardentis, & de manu Regis iniqui. R. Amen.

Libera Domine animam \* ſervi tui, ( ſervæ  
 tuæ) ſicut liberaſti Sufannam de falſo crimine.  
 R. Amen.

Libera Domine animam \* ſervi tui, ( ſervæ  
 tuæ) ſicut liberaſti David de manu regis Saul,  
 & de manu Goliæ. R. Amen.

Libera Domine animam \* ſervi tui, ( ſervæ  
 tuæ) ſicut liberaſti Petrum & Paulum de car-  
 ceribus. R. Amen.

Et ſicut beatiffimam Theclam virginem &  
 martyrem tuam, de tribus atrociffimis tormen-  
 tis liberaſti, ſic liberare digneris animam \* hu-  
 jus ſervi tui, ( huius ſervæ tuæ) & tecum facias  
 in bonis congaudere cœleſtibus. R. Amen.

## Oratio.

Commendamus tibi Domine animam \* fa-  
 muli tui N. ( famulæ tuæ N. ) precamur-  
 que te Domine JESU Chriſte, Salvator mundi,  
 ut propter quam ad terram miſericorditer deſ-  
 cendi.

cendisti, Patriarcharum tuorum finibus insinua-  
re non renuas. Agnosce Domine creaturam  
tuam, nō à dijs alienis creatam, sed à te solo Deo  
vivo & vero; quia non est alius Deus præter te,  
& non est secundum opera tua. Latifica Domi-  
ne animam eius in conspectu tuo, & ne memi-  
neris iniquitatum eius antiquarum, & ebrieta-  
tum, quas suscitavit furor, sive fervor mali de-  
siderij. Licet enim peccaverit, tamen Patrem,  
& Filium, & Spiritum sanctum non negavit,  
sed credidit, & zelum Dei in se habuit, & De-  
um, qui fecit omnia, fideliter adoravit.

## Oratio.

**D**elieta juventutis, & ignorantias eius, quæ-  
sumus, ne memineris Domine: sed secun-  
dum magnam misericordiam tuā memor esto  
illius in gloria claritatis tuæ. Aperiantur ei cœ-  
li, collætentur illi Angeli. In regnum tuum Do-  
mine \* servum tuum (servam tuam) suscipe.  
Suscipiat \* eum (eam) sanctus Michaël Arch-  
angelus Dei, qui militiæ cœlestis meruit prin-  
cipatum. Veniant illi obviam sancti Angeli Dei,  
& perducant \* eum (eam) in civitatem cœle-  
stem Jerusalem. Suscipiat \* eum (eam) bea-

tus Petrus Apostolus, cui à Deo claves regni cœlestis traditæ sunt. Adjuvet \* eum (eam) sanctus Paulus Apostolus, qui dignus fuit esse vas electionis. Intercedat pro \* eo (ea) sanctus Johannes electus Dei Apostolus, cui revelata sunt secreta cœlestia. Orent pro \* eo (ea) omnes sancti Apostoli, quibus à Domino data est potestas ligandi atque solvendi. Intercedant pro \* eo (ea) omnes Sancti & Electi Dei, qui pro Christi nomine tormenta in hoc sæculo sustinuerunt: ut vinculis carnis \* exutus, (exuta) pervenire mereatur ad gloriam regni cœlestis: præstante Domino nostro JESU Christo: Qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat in læcula sæculorum. *rz.* Amen.

*Si anxietur adhuc anima, dicuntur hi.*

*Psalmi, videlicet.*

*Psalms 117.*

**C**onfitemini Domino quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius.

**D**icat nunc Israël quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius.

**D**icat nunc domus Aaron: quoniam in sæculum misericordia eius.

**D**icant

**D**icant nunc qui timent Dominū: quoniam in sæculum misericordia eius.

**D**e tribulatione invocavi Dominum: & exaudivit me in latitudine Dominus.

**D**ominus mihi adjutor: non timebo quid faciat mihi homo.

**D**ominus mihi adjutor: & ego despiciam inimicos meos.

**B**onum est confidere in Domino, quàm confidere in homine:

**B**onum est sperare in Domino, quàm sperare in principibus.

**O**mnes gentes circuierunt me, & in nomine Domini, quia ultus sum in eos.

**C**ircumdantes circumderunt me: & in nomine Domini, quia ultus sum in eos.

**C**ircumderunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis: & in nomine Domini, quia ultus sum in eos.

**I**mpulsus, eversus sum ut caderem: & Dominus suscepit me.

**F**ortitudo mea, & laus mea Dominus: & factus est mihi in salutem. (justorum.

**V**ox exultationis & salutis in tabernaculis

**D**ex-

**D**extera Domini fecit virtutem : dextera Domini exaltavit me, dextera Domini fecit virtutem.

**N**on moriar, sed vivam : & narrabo opera Domini.

**C**astigans castigavit me Dominus : & morti non tradidit me.

**A**perite mihi portas justitiæ, ingressus in eas, confitebor Domino : hæc porta Domini, justi intrabunt in eam.

**C**onfitebor tibi, quoniam exaudisti me : & factus es mihi in salutem.

**L**apidem, quem reprobaverunt, ædificantes, hic factus est in caput anguli.

**A** Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris.

**H**æc est dies, quam fecit Dominus : exultemus, & lætemur in ea.

**O** Domine salvum me fac, ô Domine bene prosperare : benedictus qui venit in nomine Domini.

**B**enediximus vobis de domo Domini : Deus Dominus, & illuxit nobis.

**C**onstituite diem solemnem in condensis,

usque

usque ad cornu altaris.

**D**eus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te:

**C**onfitebor tibi, quoniam exaudisti me: & factus es mihi in salutem:

**C**onfitemini Domino quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius.

**G**loria Patri, &c.

**Psalmus 118.**

**B**Eati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.

**B**Eati qui scrutantur testimonia eius: in toto corde exquirunt eum.

**N**on enim qui operantur iniquitatem, in vijs eius ambulaverunt.

**T**u mandasti mandata tua, custodiri nimis:

**U**tinam dirigantur viæ meæ, ad custodiendas justificationes tuas:

**T**unc non confundar, cum perspexero in omnibus mandatis tuis:

**C**onfitebor tibi in directione cordis: in eo quòd didici judicia justitiæ tuæ.

**J**ustificationes tuas custodiam: non me derelinquas usquequaque.

Z

In

**I**n quo corrigit adolescentior viam suam:  
in custodiendo sermones tuos.

**I**n toto corde meo exquisivi te: ne repel-  
las me à mandatis tuis.

**I**n corde meo abscondi eloquia tua: ut  
non peccem tibi.

**B**enedictus es Domine: doce me justifica-  
tiones tuas.

**I**n labijs meis pronuntiavi omnia iudicia  
oris tui.

**I**n via testimoniorum tuorum delectatus  
sum, sicut in omnibus divitijs.

**I**n mandatis tuis exercebor: & considerabo  
vias tuas.

**I**n justificationibus tuis meditabor: non  
obliviscar sermones tuos.

**R**etribue servo tuo, vivifica me: & custo-  
diam sermones tuos.

**R**evela oculos meos: & considerabo mi-  
rabilia de lege tua.

**I**ncola ego sum in terra: non abscondas à  
me mandata tua.

**C**oncupivit anima mea desiderare justifica-  
tiones tuas, in omni tempore.

**I**ncre-

**I**ncrepasti superbos, maledicti qui declinant à mandatis tuis.

**A**ufer à me opprobrium & contemptum: quia testimonia tua exquisivi.

**E**tenim sederunt principes, & adversum me loquebantur: servus autem tuus exercebatur in justificationibus tuis.

**N**am & testimonia tua meditatio mea est: & consilium meum justificationes tuæ.

**A**dhæsit pavimento anima mea: vivifica me secundum verbum tuum.

**V**ias meas enuntiavi, & exaudisti me: doce me justificationes tuas.

**V**iam justificationum tuarum instrue me: & exercebor in mirabilibus tuis.

**D**ormitavit anima mea præ tædio: confirma me in his verbis tuis.

**V**iam iniquitatis amove à me: & de lege tua miserere mei. (litis.)

**V**iam veritatis elegi: iudicia tua nō sum ob-

**A**dhæsi testimonijs tuis Domine: noli me confundere.

**V**iam mandatorum tuorum cucurri, cū dilatasti cor meum.

**L**egem pone mihi Domine, viam justificationum tuarum: & exquiram eam semper.

**D**a mihi intellectum, & scrutabor legem tuam: & custodiam illam in toto corde meo.

**D**educ me in semita mandatorum tuorum: quia ipsam volui.

**I**nclina cor meum in testimonia tua, & non in avaritiam.

**A**verte oculos meos, ne videant vanitatem: in via tua vivifica me.

**S**tatue servo tuo eloquium tuum, in timore tuo.

**A**mputa opprobrium meum, quod suspicatus sum: quia iudicia tua jucunda.

**E**cce concupivi mandata tua, in æquitate tua vivifica me.

**E**t veniat super me misericordia tua Domine, salutare tuum secundum eloquium tuum.

**E**t respondebo exprobrantibus mihi verbum, quia speravi in sermonibus tuis.

**E**t ne auferas de ore meo verbum veritatis usquequaq;: quia in iudicijs tuis supersperavi.

**E**t custodiam legem tuam semper in sæculum: & sæculum sæculi.

**E**t

**E**t ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquisivi.

**E**t loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum, & non confundebar.

**E**t meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi.

**E**t levavi manus meas ad mandata tua quæ dilexi: & exercebor in justificationibus tuis.

**M**emor esto verbi tui servo tuo, in quo mihi spem dedisti.

**H**æc me consolata est in humilitate mea, quia eloquium tuum vivificavit me.

**S**uperbi iniquè agebant usquequaque: à lege autem tua non declinavi.

**M**emor fui iudiciorum tuorum à sæculo Domine: & consolatus sum.

**D**efectio tenuit me, pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.

**C**antabiles mihi erant justificationes tuæ, in loco peregrinationis meæ.

**M**emor fui nocte nominis tui Domine: & custodivi legem tuam.

**H**æc facta est mihi, quia justificationes tuas exquisivi: (tuam.

Portio mea Domine, dixi custodire legem

**D**eprecatus sum faciem tuam in toto corde meo: miserere mei secundum eloquium tuum.

**C**ogitavi vias meas, & converti pedes meos in testimonia tua.

**P**aratus sum, & non sum turbatus: ut custodiam mandata tua.

**F**unes peccatorum circumplexi sunt me: & legem tuam non sum oblitus.

**M**edia nocte surgebam ad confitendum tibi, super iudicia justificationis tuæ.

**P**articeps ego sum omnium timentium te: & custodientium mandata tua.

**M**isericordia tua Domine plena est terra: justificationes tuas doce me.

**B**onitatem fecisti cum servo tuo Domine, secundum verbum tuum.

**B**onitatem & disciplinam, & scientiam doce me: quia mandatis tuis credidi.

**P**riusquam humiliarer, ego deliqui: propterea eloquium tuum custodivi.

**B**onus es tu: & in bonitate tua doce me justificationes tuas.

**M**ultiplicata est super me iniquitas superborum: ego autem in toto corde meo

scru-

scrutabor mandata tua.

**C**oagulatum est sicut lac cor eorum: ego verò legem tuam meditatus sum.

**B**onum mihi quia humiliasti me: ut discam justificationes tuas.

**B**onum mihi lex oris tui, super millia auri & argenti.

**M**anus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me: da mihi intellectū, ut discam mandata tua.

**Q**ui timent te, videbunt me, & lætabuntur: quia in verba tua supersperavi.

**C**ognovi Domine, quia æquitas judicia tua, & in veritate tua humiliasti me.

**F**iat misericordia tua, ut consoletur me, secundum eloquium tuum seruo tuo.

**V**eniant mihi miserationes tuæ, & vivam: quia lex tua meditatio mea est.

**C**onfundantur superbi, quia injustè iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis.

**C**onvertantur mihi timentes te: & qui noverunt testimonia tua.

**F**iat cor meum immaculatum in justificationibus tuis, ut non confundar.

Dese-

**D**efecit in salutare tuum anima mea: & in verbum tuum supersperavi.

**D**efecerunt oculi mei in eloquium tuum: dicentes, quando consolaberis me?

**Q**uia factus sum sicut uter in pruina, justificationes tuas non sum oblitus.

**Q**uot sunt dies servi tui? quando facies de persecutibus me iudicium?

**N**arraverunt mihi iniqui fabulationes: sed non ut lex tua.

**O**mnia mandata tua veritas, iniqui persecuti sunt me, adjuva me.

**P**aulò minus consummaverunt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua.

**S**ecundum misericordiã tuam vivifica me: & custodiam testimonia oris tui.

**I**n æternum Domine, verbum tuum permanet in cœlo.

**I**n generatione & generationem veritas tua fundasti terram, & permanet.

**O**rdinatione tua perseverat dies: quoniam omnia serviunt tibi.

**N**isi quòd lex tua meditatio mea est: tunc fortè periissem in humilitate mea.

In

**I**n æternum non obliviscar justificationes tuas: quia in ipsis vivificasti me.

**T**uus sum ego, salvum me fac: quoniam justificationes tuas exquisivi.

**M**e expectaverunt peccatores, ut perderent me: testimonia tua intellexi.

**O**mnis consummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.

**Q**uomodo dilexi legem tuam Domine: tota die meditatio mea est.

**S**uper inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo: quia in æternum mihi est.

**S**uper omnes docentes me intellexi: quia testimonia tua meditatio mea est.

**S**uper senes intellexi: quia mandata tua quæsi.

**A**b omni via mala prohibui pedes meos: ut custodiam verba tua.

**A** judicijs tuis non declinavi, quia tu legem posuisti mihi.

**Q**uàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo?

**A** mandatis tuis intellexi: propterea odivi omnem viam iniquitatis.

**L**ucerna pedibus meis verbum tuum: & lumen semitis meis.

**J**uravi, & statui, custodire iudicia iustitiæ tuæ.

**H**umiliatur sum usquequaque Domine: vivifica me secundum verbum tuum.

**V**oluntaria oris mei beneplacita fac Domine: & iudicia tua doce me.

**A**nima mea in manibus meis semper: & legem tuam non sum oblitus.

**P**osuerunt peccatores laqueum mihi: & de mandatis tuis non erravi.

**H**æreditate acquisivi testimonia tua in æternum: quia exultatio cordis mei sunt.

**I**nclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas in æternum, propter retributionem.

**I**niquos odio habui: & legem tuam dilexi.

**A**djutor & susceptor meus es tu: & in verbum tuum supersperavi.

**D**eclinate à me maligni: & scrutabor mandata Dei mei.

**S**uscipe me secundum eloquium tuum, & vivā, & nō confundas me ab expectatione mea.

**A**djuva me, & salvus ero: & meditabor in

justi-

justificationibus tuis semper.

**S**previsti omnes discedentes à judicijs tuis: quia injusta cogitatio eorum.

**P**rævaricantes reputavi omnes peccatores terræ: ideò dilexi testimonia tua.

**C**onfige timore tuo carnes meas: à judicijs enim tuis timui.

**F**eci judicium, & justitiam: non tradas me calumniantibus me.

**S**uscipe servum tuum in bonum: non calumnientur me superbi.

**O**culi mei defecerunt in salutare tuum: & in eloquium justitiæ tuæ.

**F**ac cum servo tuo secundum misericordiam tuam: & justificationes tuas doce me.

**S**ervus tuus sum ego: da mihi intellectum, ut sciam testimonia tua.

**T**empus faciendi Domine: dissipaverunt legem tuam. (pazion.

**I**deò dilexi mandata tua, super aurum & topazium.

**P**ropterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.

**M**irabilia testimonia tua: ideò scrutata est ea anima mea.

**D**eclaratio sermonum tuorum illuminat:  
& intellectum dat parvulis.

**O**s meum aperui, & attraxi spiritum: quia  
mandata tua desiderabam.

**A**spice in me, & miserere mei, secundum  
judicium diligentium nomen tuum.

**G**ressus meos dirige secundum eloquium  
tuum: & non dominetur mei omnis iniustitia.

**R**edime me à calumnijs hominum: ut cu-  
stodiam mandata tua.

**F**aciem tuam illumina super servum tuum:  
& doce me justificationes tuas.

**E**xitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia  
non custodierunt legem tuam.

**J**ustus es Domine: & rectum iudicium tuum.

**M**andasti iustitiam, testimonia tua: & ve-  
ritatem tuam nimis.

**T**abescere me fecit zelus meus: quia obli-  
ti sunt verba tua inimici mei.

**I**gnitum eloquium tuum vehementer: &  
servus tuus dilexit illud.

**A**dolescentulus sum ego, & contemptus:  
justificationes tuas non sum oblitus.

**J**ustitia tua iustitia in æternum: & lex tua veritas.

**T**ri-

**T**ribulatio & angustia invenerunt me: mandata tua meditatio mea est.

**Æ**quitas testimonia tua in æternum: intellectum da mihi, & vivam.

**C**lamavi in toto corde meo, exaudi me Domine: justificationes tuas requiram.

**C**lamavi ad te, salvum me fac: ut custodiam mandata tua.

**P**ræveni in maturitate, & clamavi: quia in verba tu superperiavi.

**P**rævenerunt oculi mei ad te diluculo: ut meditarer eloquia tua.

**V**ocem meam audi secundum misericordiam tuam Domine: & secundum iudicium tuum vivifica me.

**A**ppropinquaverunt persequentes me iniquitati: à lege autem tua longè facti sunt.

**P**ropè es tu Domine: & omnes viæ tuæ veritas.

**I**nitio cognovi de testimonijs tuis: quia in æternum fundasti ea.

**V**ide humilitatem meam, & eripe me: quia legem tuam non sum oblitus.

**J**udica iudicium meum, & redine me:

propter eloquium tuum vivifica me.

**L**ongè à peccatoribus salus: quia justificationes tuas non exquisierunt.

**M**isericordiæ tuæ multæ Domine: secundum iudicium tuum vivifica me.

**M**ulti qui persequuntur me, & tribulant me, à testimonijs tuis non declinavi.

**V**idi prævaricantes, & tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt.

**V**ide quoniam mandata tua dilexi Domine: in misericordia tua vivifica me.

**P**rincipium verborum tuorum veritas: in æternum omnia iudicia iustitiæ tuæ.

**P**rincipes persecuti sunt me gratis: & à verbis tuis formidavit cor meum.

**L**ætabor ego super eloquia tua: sicut qui invenit spolia multa.

**I**niquitatem odio habui, & abominatus sum: legem autem tuam dilexi.

**S**epties in die laudem dixi tibi, super iudicia iustitiæ tuæ.

**P**ax multa diligentibus legem tuam: & non est illis scandalum. (ta tua dilexi.

**E**xpectabā salutare tuū Domine: & manda-

Custo-

**C**ustodivit anima mea testimonia tua: & dilexit ea vehementer.

**S**ervavi mandata tua, & testimonia tua: quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.

**A**ppropinquet deprecatio mea in conspectu tuo Domine: juxta eloquium tuum da mihi intellectum.

**I**ntret postulatio mea in conspectu tuo: secundum eloquium tuum eripe me.

**E**ructabunt labia mea hymnum, cum docueris me justificationes tuas.

**P**ronuntiabit lingua mea eloquium tuum: quia omnia mandata tua æquitas.

**F**iat manus tua, ut salvet me: quoniam mandata tua elegi.

**C**oncupivi salutare tuum Domine: & lex tua meditatio mea est.

**V**ivet anima mea, & laudabit te: & judicia tua adjuvabunt me.

**E**rravi sicut ovis quæ perijt: quære servum tuum, quia mandata tua non sum oblitus.

**G**loria Patri, &c.

**Tres piæ, & utiles morientibus orationes, cum tribus** Pater noster, **& tribus** Ave Maria,

*in agone mortis recitandæ. Primò dicitur, Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Ave Maria.*

## Oratio.

**D**omine JESU Christe, per tuam sanctissimam agoniam, & orationem qua orasti pro nobis in monte Oliveti, quando factus est sudor tuus sicut guttæ sanguinis de currentis in terram: obsecro te, ut multitudinem sudoris tui sanguinei, quem præ timoris angustia copiosissimè pro nobis effudisti, offerre & ostendere digneris Deo Patri omnipotenti contra multitudinem omnium peccatorû hujus \* famuli tui **N.** (famulæ tuæ **N.**) & libera \* eum (eā) in hac hora mortis suæ ab omnibus pœnis & angustijs, quas pro peccatis suis se timet meruisse. Qui cum eodem Patre & Spiritu sancto vivis & regnas Deus in sæcula sæculorum. **ꝛ.** Amen.

*Secundò dicitur, Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Ave Maria.*

## Oratio.

**D**omine JESU Christe, qui pro nobis mori dignatus es in cruce, obsecro te, ut omnes amaritudines passionum, & pœnarum

tua-

tuarum, quas pro nobis miseris peccatoribus  
sustinuisti in cruce, maximè in illa hora, quan-  
do sanctissima anima tua egressa est de sanctissi-  
mo corpore tuo, offerre & ostendere digneris  
Deo Patri omnipotenti pro anima hujus \* fa-  
muli tui **N.** ( famulæ tuæ **N.** ) & libera \* eum  
( eam ) in hac hora mortis ab omnibus pœnis  
& passionibus, quas pro peccatis suis se timet  
meruisse. Qui cum eodem Patre & Spiritu san-  
cto vivis & regnas Deus in sæcula sæculorum.  
**℞.** Amen.

**Tertio dicitur, Kyrie eleison. Christe elei-  
son. Kyrie eleison. Pater noster. Ave Maria.**

**Oratio.**

**D**omine JESU Christe, qui per os Pro-  
phetæ dixisti, In charitate perpetua dile-  
xi te, ideò attraxi te miserans: obsecro te, ut ean-  
dem charitatem tuam, quæ te de cælis in terram  
ad tollerandas omnium passionum tuarū ama-  
ritudines attraxit, offerre & ostendere digneris  
Deo Patri omnipotenti pro anima hujus \* fa-  
muli tui **N.** ( famulæ tuæ **N.** ) & libera \* eum  
( eam ) ab omnibus passionibus & pœnis, quas  
pro peccatis suis timet se meruisse. Et salva ani-

Bb

mam

nam eius in hac hora exitus sui. Aperi ei janua  
 vitæ, & fac **★** eum (eam) gaudere cum Sanctis  
 tuis in gloria æterna. Et tu pijsissime Domine JE-  
 SU Christe, qui redemisti nos pretiosissimo san-  
 guine tuo, miserere animæ hujus **★** famuli tui  
 (famulæ tuæ) & eam introducere digneris ad  
 semper virentia & amœna loca Paradisi, ut vi-  
 vat tibi amore indivisibili, qui à te, & ab electis  
 tuis nunquam separari potest. Qui cum Patre  
 & Spiritu sancto vivis & regnas Deus in sæcula  
 sæculorum. **✠**. Amen.

## IN EXPIRATIONE.

**C**UM verò tempus expirandi institerit, tunc  
 maximè ab omnibus circumstantibus fle-  
 xis genibus vehementer orationi instandum est.  
 Ipse vero moriens, si potest, dicat; vel si non  
 potest, assistens, sive Sacerdos pro eo clara voce  
 pronuntiet: JESU, JESU, JESU. Quod,  
 & ea, quæ sequuntur, ad illius aures, si videbi-  
 tur, etiam sæpius reperat:

In manus tuas Domine commendo spiri-  
 tum meum.

Domine JESU Christe suscipe spiritum meum.  
 Sancta Maria ora pro me. Maria Mater

gra-

gratiæ, mater misericordiæ, tu me ab hoste protege, & hora mortis suscipe.

**Tunc ubi viget pia consuetudo, pulsetur campana ad significandum fidelibus in urbe, vel loco, aut extra in suburbanis existentibus instantem, vel secutam mortem expirantis ægroti, ut pro eo Deum rogare possint.**

**Postquam verò egressa est anima, dicitur hoc Responsorium.**

Subvenite Sancti Dei, occurrere Angeli Domini, Suscipientes animam ejus, Offerentes eam in conspectu Altissimi.

✠. Suscipiat te Christus qui vocavit te, & in sinum Abrahæ Angeli deducant te. Suscipientes animam ejus, Offerentes eam in conspectu Altissimi.

✠. Requiem æternam dona ei Domine, & lux perpetua luceat ei. Offerentes eam in conspectu Altissimi.

**Deinde Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.**

**Postea Pater noster.**

✠. Et ne nos inducas in tentationem.

✠. Sed libera nos à malo.

- V. Requiem æternam dona ei Domine.  
 R. Et lux perpetua luceat ei.  
 V. A porta inferi.  
 R. Erue Domine animam ejus.  
 V. Requiescat in pace. R. Amen.  
 V. Domine exaudi orationem meam.  
 R. Et clamor meus ad te veniat.  
 V. Dominus vobiscum.  
 R. Et cum spiritu tuo.

## Oratio.

**T**ibi Domine commendamus animam  
 \* famuli tui N. (famulæ tuæ N.) ut \* de-  
 functus (defuncta) sæculo tibi vivat: & quæ  
 per fragilitatem humanæ conversationis pecca-  
 ta commisit, tu venia misericordissimæ pietatis  
 absterge. Per Christum Dominum nostrum.  
 Amen.

Deinde corpus de more honestè compo-  
 situm loco decenti cum lumine collocetur; ac  
 parva crux super pectus inter manus defuncti  
 ponatur: aut ubi crux desit, manus in modum  
 Crucis componantur: interdumq; aspergatur  
 Aqua benedicta: & interim, donec efferatur, qui  
 adsunt, orabunt pro defuncto.

ORDO



O R D O  
S E P E L I E N D I  
M O R T U O S .



**P**rocurator vel Sacerdos volens ad sepulturam comitari funus alicujus defuncti, qui de jure ab Ecclesiastica sepultura non est arcendus sed admittendus, ( quibus verò talis neganda sit, tam in Constitutionibus Synodalibus parte 2. tit. 25. quàm alijs probatis Authoribus & libris videre poterit ) superpelliceo vel choralis & stola nigra indutus, præcedente ministro cum sancta Cruce, & alio cum Aqua benedicta & thurribulo subsequente, datiq; pro more & consuetudine loci certis campanæ signis, pergat ad ædes defuncti; vel si funus sine Sacerdote apportatur, ponitur in Cœmeterium, tunc ipse primò cadaver aspergat aqua benedicta, postmodum dicat:

Bb 3

✠. Ore-

- ¶. Oremus Pro fidelibus defunctis.  
 R. Requiem æternam dona eis Domine, &  
 lux perpetua luceat eis.  
 ¶. Requiescant in pace. R. Amen.

Deinde dicit Antiphonam. Omne, &c.  
 & Psalmum, Miserere mei Deus, &c. ut supra  
 fol. 142. vel Psal. De profundis, &c. ut supra  
 fol. 146. & in fine Psalmi dicit: Requiem æter-  
 nam dona ei Domine; & lux perpetua luceat ei.

Finito Psalmo repetit Antiph. Omne, quod  
 dat mihi Pater, ad me veniet, & cum, qui venit  
 ad me, non eijciam foras. Kyrie eleison. Chri-  
 ste eleison. Kyrie eleison. Pater noster. *secretò.*  
 ¶. Et ne nos inducas in tentationem. R. Sed  
 libera nos à malo. ¶. A porta inferi. R. Erue  
 Domine animam ejus. ¶. Requiescat in pace.  
 R. Amen. ¶. Domine exaudi orationem meã.  
 R. Et clamor meus ad te veniat. ¶. Dominus  
 vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Deinde dicit unam ex orationibus sequen-  
 tibus pro statu defuncti, quam cum Oratione Fi-  
 delium infra posita concludit.

Oremus. Pro Sacerdote defuncto, Oratio.

Beati

**B**Eati Petri Apostoli tui, quaesumus Domine, intercessione nos protege, & animam famuli tui **N.** Sacerdotis Sanctorum tuorum iunge consortio. Per Dominum nostrum. **&c.**

**Pro Laico, Oratio.**

**O**Mnipotens sempiternae Deus, cui nunquam sine spe misericordiae supplicatur, propitiare animae famuli tui **N.** & praesta; ut qui de hac vita in tui nominis confessione decessit, Sanctorum tuorum numero eum facias aggregari. Per Dominum nostrum. **&c.**

**Pro defuncta, Oratio.**

**Q**uaesumus Domine pro tua pietate, misere animae famulae tuae **N.** & à contagijs mortalitatis exutam, in aeternam salvationis partem restitue. Per Dominum nostrum. **&c.**

**Pro fidelibus defunctis generalis Oratio.**

**F**idelium Deus omnium Conditor & Redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam, quam semper optaverunt, pijs supplicationibus consequantur. Qui vivis & regnas in saecula saeculorum. **R.** Amen.

**R.** Re-

✠. Requiem æternam dona ei Domine. *℞.* Et lux perpetua luceat ei. ✠. Requiescat in pace. *℞.* Amen.

*Tunc aspergit iterum funus aqua benedicta dicens:*

Rore ✠ cælesti perfundat animam tuam Deus; In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

*Deinde illud incensat similiter in modum Crucis, dicendo:*

Odore ✠ cælesti reficiat animam tuā Deus; In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

*Postea funus, præcedente ministro cum sancta cruce, & Sacerdote cum altero Aquam benedictam & thuribulum deportante ipsum funus immediate subsequente, commitantibus & sub silentio Deum pro defuncto ritè deprecantibus alijs, ad sepulchrum usque defertur, ibiq; deponitur, ita ut defuncti pedes, si fuerit laicus sint versus altare majus Ecclesiæ, si verò fuerit Sacerdos, caput sit versus ipsum altare, & tunc Sacerdos denuo dicat:*

✠. Oremus pro fidelibus defunctis, *&c. ut*

*supra*

supra fol. 198. usq; ad Orationem, quam dicit ut sequitur.

Oremus.

Oratio.

**A**bsolve quæsumus Domine, animam \* famuli tui **N.** ( famulæ tuæ **N.**) ab omni vinculo delictorum, ut in resurrectionis gloria inter Sanctos, & electos tuos \* resuscitatus ( resuscitata ) respiret. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

✠. Requiem æternam dona ei Domine. **R.** Et lux perpetua luceat ei. ✠. Requiescat in pace. **R.** Amen.

**Tunc aspergit funus Aqua benedicta dicens:**

Rore ✠ cælesti perfundat animam tuam Deus.

**Deinde benedicit sepulchrum, si nondum sit benedictum, aspergendo illud aqua benedicta dicens:**

Sanctificetur hoc sepulchrum; In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

**Deinde incensat funus in modū Crucis dicēdo:**

Odore ✠ cælesti reficiat animam tuā Deus.

**Similiter & sepulchrum thurifiat, si tunc benedicatur, nihil dicens.**

Cc

Postea

Postea funus deponitur in sepulchrum, quo deposito, Sacerdos ter projicit de terra super illud, dicendo:

Memento homo quia pulvis es, & in pulverem reverteris.

Vel. Sume terra, quod tuum est, sumat Deus, quod suum est; corpus de terra formatum est; spiritus desursum inspiratus est.

His peractis brevem pro qualitate personæ defunctæ, & consuetudine loci, sermonem habeat ad populum, vel de quatuor novissimis, vel de miseria humana, &c. Et in fine gratias agat adstantibus nomine consanguineorum pro hoc opere misericordiæ præstito, simulq; indicet, quo die, & quâ horâ sint primum depositionis diem celebraturi. Ultimò moneat, ut recitent orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam pro anima defuncti, & eo aquâ benedictâ asperso, redeat ad Ecclesiam cum Cruce & ministris.



O R D O  
S E P E L I E N D I  
FUNUS CUM SOLEMNITATE  
TOTIUS CLERI.



Sacerdos volens comitari funus solemniter, datis consuetis campanarum signis, indutus choralis & stola nigra, vel etiam pluviali eiusdem coloris, si haberi potest, accedat ædes defuncti cum toto Clero, ita ut primo Clerus regularis, deinde secularis superpelliceis indutus Sacerdotem præcedat, minister verò cum aqua benedicta & thuribulo sequatur.

Postquam verò ad ædes defuncti perventum est, Sacerdos, antequam efferatur cadaver, illud aspergit aqua benedicta. mox dicit:

✠. Oremus pro fidelibus defunctis. **R.** Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis. ✠. Requiescant in pace. **R.** Amen.

Postea incipiuntur Vesperæ defunctorum canendo, vel legendo, pro consuetudine loci,

& statu personæ, prout infra fol. 211. habentur usque ad preces post Psalmum, Lauda anima mea, quo finito dicit Sacerdos:

℣. A porta inferi. ℞. Erue Domine animam eius. ℣. Requiescat in pace. ℞. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℞. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Hic jam dicat orationem pro qualitate personæ cum sua clausula, & cætera peragat ut supra. fol. 198.

Postea præcedentibus ministro cum sancta Cruce, Confraternitatibus laicorum, si adsint, deinde Clero regulari, & sæculari per ordinem, binisq; procedentibus, & devotè Responsoria aut Psalmos, ut infra, decantantibus funus ad sepulchrum usq; deferatur, Sacerdote cum ministro aquam benedictam & thuribulū deportante ipsum funus imediate subsequente, quod deinde alij comitantur, Deum pro defuncto sub silentio ritè deprecantes. Interim dum effertur cadaver, Cantores statim de domo procedentes gravi voce incipiunt sequens Responsorium,


Sub-

Subvenite, *vel*, Libera me Domine, *vel* Psalmū,  
 Miserere. ac si longitudo itineris postulaverit,  
 dicantur alia Responsoria, *vel* Psalmi ex Officio  
 mortuorum: & in fine cuiusq; Psalmi dicitur,  
 Requiem aeternam dona ei Domine, &c. qui  
 Psalmi & Responsoria devotè, distinctè, graviq;  
 voce cantari aut recitari debent usque ad Ec-  
 clesiam, *vel* cœmeterium.

## Responorium.

S


 Ube nite sancti De i,


 oc cur rite Ange li


 Domi ni: S uscipientes animã e

C c 3

jus,

ejus Offerentes e am in con-

spe ctu al tif si mi.

✠. Suscipi at te Christus qui

vo ca vit te: & in sinum Abrahæ,

Angeli dedu cant te,  
 Susci-




Suscipientes animā. ⁊. Requiem



aternam dona e i Domi-



ne: & lux perpetua lu ce at



e i. O fferentes.

Aliud Responsorium.



**L**Ibera me Do mine, de  
morte



morte æ ter na: in di e il la



tremen da: Quando cæ li mo-



vendi sunt & ter ra. Dum ve-



ne ris ju di ca re



fa culum per i gnem.

¶ Tre-

Ordo sepeliendi mortuos.

109



✠. Tremēs factus sum ego, & ti meo:




dum discussio venerit, atq; ven tu ra



i ra. Quando cæ li. ✠. Dies il-la,



dies i ræ, calamitatis & mi se ri æ: di-



es magna & a ma ra valdè. Dum

Dd


ve:



ve: **¶** Requiem æternā dona e is



Domine & lux perpetua lu ce at



e is. **Libe ra.**

Postquam verò ad Ecclesiam vel cœmeteriũ  
deventum fuerit, Sacerdos denuò incipit Vesperas  
defunctorum, ut infra usque ad Orationem,  
quã invenit supra fol. 201. & dicta Ora-  
tione funus aspergit aquã benedicta, thurificat,  
& cætera omnia peragit, ut eodem fol. 201.



OFFICIUM  
DEFUNCTO RVM

Dicitur in Choro in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorū, in die depositionis & alijs diebus, pro temporis opportunitate, & Ecclesiarum consuetudine, prout in Breviario habetur. In die verò Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, & in die depositionis duplicantur Antiphonæ. Et in fine Psalmorum dicitur, Requiem æternam dona eis Domine. Et lux perpetua luceat eis. etiamsi pro uno tantum fiat Officium.

Ad Vesperas absolurè incipitur ab Antiph.



Placebo Domino. 2. E u o a c.

Psalmus 114.



Dilexi, quoniam exaudiet Dominus \*  
vocem orationis meæ.

Quia inclinavit aurem suam mihi: \*  
& in diebus meis invocabo.

Dd 2

Cir-

**C**ircumdederunt me dolores mortis: \* & pericula inferni invenerunt me.

**T**ribulationem & dolorem inveni: \* & nomen Domini invocavi.

**O** Domine, libera animam meam: \* misericors Dominus, & justus, & Deus noster miseretur.

**C**ustodiens parvulos Dominus: \* humiliatus sum, & liberavit me.

**C**onvertere anima mea in requiem tuam: \* quia Dominus benefecit tibi.

**Q**uia eripuit animam meam de morte: \* oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapsu.

**P**lacebo Domino \* in regione vivorum.

**R**equiem æternam dona eis, Domine.

**E**t lux perpetua luceat eis.



**Añã.** Placebo Domino in regione vivorũ.



**Añã.** Heu mihi. z. E u o a e.

**Psal**

**Psalmus 119.**

**A**D Dominum cum tribularer clamavi: \*  
& exaudivit me.

**D**omine libera animam meam à labijs iniquis, \* & à lingua dolosa.

**Q**uid detur tibi, aut quid apponatur tibi, \*  
ad linguam dolosam?

**S**agittæ potentis acutæ, \* cum carbonibus desolatorijs.

**H**eu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habitavi cum habitantibus Cedar: \* multum incola fuit anima mea.

**C**um his, qui oderunt pacem, eram pacificus: \* cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

**R**equiem æternam dona eis, &c.



**Ant.** Heu mihi, Domine quia incolatus



meus pro longatus est.

**Ant.**



**Añ.** Dominus 2. E u o a c.

**Psalms 125.**

**L** Evavi oculos meos in montes, \* undè veniet auxilium mihi.

**A**uxilium meum à Domino, \* qui fecit cælum & terram.

**N**on det in commotionem pedem tuum: \* nequè dormitet qui custodit te.

**E**cce non dormitabit, nequè dormiet, \* qui custodit Israël.

**D**ominus custodit te, Dominus protectio tua \* super manum dexteram tuam.

**P**er diem sol non uret te: \* nequè luna per noctem.

**D**ominus custodit te ab omni malo: \* custodiat animam tuam Dominus.

**D**ominus custodiat introitum tuū, & exitum tuum; \* ex hoc nunc & usque in sæculū.

**R**equiem æternam dona eis, Domine.

**E**t lux perpetua luceat eis.

**Ant.**



*Añã.* Dominus custodit te ab omni malo,



custodiat animam tuam Dominus.



*Añã.* Si iniquitates. 7. E u o a c.

*Psalms 129.*

**D**E profundis clamavi ad te Domine: \*  
Domine exaudi vocem meam.

**F**iant aures tuæ intendentes, \* in vocem de-  
precationis meæ.

**S**i iniquitates observaveris Domine: \* Do-  
mine quis sustinebit ?

**Q**uia apud te propitiatio est: \* & propter  
legem tua u sustinui te Domine.

*S*ulti-


**S**ustinuit anima mea in verbo eius: \* speravit anima mea in Domino.

**A** custodia matutina usque ad noctem, \* speret Israël in Domino.

**Q**uia apud Dominum misericordia: \* & copiosa apud eum redemptio.

**E**t ipse redimet Israël, \* ex omnibus iniquitatibus eius.

**R**equiem æternam dona eis. &c.



**Añs.** Si iniquitates observaveris Domine,



Domine, quis sustinebit?



**Ant.** Ope ra. 2. E u o a e.

**Pal-**

## Psalmus 137.

**C**onfitebor tibi Domine, in toto corde meo: \* quoniam audisti verba oris mei.

**I**n conspectu Angelorum psallam tibi: \* adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

**S**uper misericordia tua, & veritate tua: \* quoniam magnificasti super omne, nomen sanctum tuum.

**I**n quacunquè die invocavero te, exaudi me: \* multiplicabis in anima mea virtutem.

**C**onfiteantur tibi Domine omnes reges terræ: \* quia audierunt omnia verba oris tui.

**E**t cantent in vijs Domini: \* quoniam magna est gloria Domini.


**Q**uoniam excelsus Dominus, & humilia respicit: \* & alta à longè cognoscit.

**S**i ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me: \* & super iram inimicorum meorū extendisti manum tuam, & salvum me fecit dextera tua.

**D**ominus retribuet pro me: \* Domine, misericordia tua in sæculum: opera manuum tuarum ne despicias. **R**equiem æternam, &c.

Ec

Ant.



**Añ.** O pe ra manuum tu arum Domine



ne de spici as.



**ʒ.** Audiui vocem de cælo dicentem mihi.



**R.** Beati mortui, qui in Domino moriuntur.



**Añ.** Om ne. 7. Eu ou a e.

Can-

## Canticum B. Mariæ Virginis. Luc. i.

**M**agnificat \* anima mea Dominum.  
**E**t exultavit spiritus meus \* in Deo salu-  
 lutari meo.

**Q**uia respexit humilitatem ancillæ suæ: \*  
 ecce enim ex hoc beatam medicent omnes ge-  
 nerationes.

**Q**uia fecit mihi magna qui potens est: \* &  
 sanctum nomen ejus.

**E**t misericordia ejus à progenie in proge-  
 nies \* timentibus eum.

**F**ecit potentiam in brachio suo: \* dispersit  
 superbos mente cordis sui.

**D**eposuit potentes de sede, \* & exaltavit  
 humiles.

**E**surientes implevit bonis: \* & divites di-  
 misit inanes.

**S**uscepit Israël puerum suum, \* recorda-  
 tus misericordiæ suæ.

**S**icut locutus est ad patres nostros, \* Abra-  
 ham, & semini ejus in sæcula.

**R**equiem æternam dona eis, Domine.

**E**t lux perpetua luceat eis.



Ant. Om ne quod dat mihi pa ter



ad me ve ni et, & e um, qui venit ad



me, non eij ci am foras.

Preces infra scriptæ dicuntur flexis genibus,  
similiter & ad Laudes. Pater noster. *secretò.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos à malo.

*Psalms 145.*

**L**Auda anima mea Dominum, laudabo Do-  
minum in vita mea: \* psallam Deo meo  
quamdiu fuero.

N oli-

**N**olite confidere in principibus: \* in filijs hominum, in quibus non est salus.

**E**xibit spiritus eius, & revertetur in terram suam: \* in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

**B**eatus, cuius Deus Jacob adiutor eius, spes eius in Domino Deo ipfius: \* qui fecit cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt.

**Q**ui custodit veritatem in sæculum, facit iudicium injuriis patientibus, dat escam esurientibus.

**D**ominus solvit compeditos: \* Dominus illuminat cæcos.

**D**ominus erigit elisos, \* Dominus diligit justos.

**D**ominus custodit advenas, pupillum, & viduam suscipiet: \* & vias peccatorum disperdet.

**R**egnabit Dominus in sæcula, Deus tuus Sion \* in generationem & generationem.

**Cujus loco ad Laudes dicitur Psal. De profundis, qui Psalmi non dicuntur in die omnium fidelium Defunctorum.**

**In fine Psal. Requiem æternam dona &c.**

**E t lux perpetua luceat eis.**

**Deinde.** *Ps.* A porta inferi.

*R.* Erue, Domine, animas eorum.

*Ps.* Requiescant in pace.

*R.* Amen.

*Ps.* Domine exaudi orationem meam.

*R.* Et clamor meus ad te veniat.

*Ps.* Dominus vobiscum.

*R.* Et cum spiritu tuo.

**O**remus.

**O**ratio.

**D**eus, qui inter Apostolicos Sacerdotes, famulostuos Pontificali, seu sacerdotali fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus, ut eorum quoque perpetuo aggregentur consortio.

**D**eus, veniæ largitor, & humanæ salutis amator: quæsumus clementiam tuam, ut nostræ Congregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt, beata Maria semper virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenire concedas.

**F**idelium Deus omnium Conditor, & Redemptor, animabus famulorum, famularumq; tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quàm semper

opta-

optaverunt, pijs supplicationibus consequantur. Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum.

*In die verò Commemorationis omnium fidelium Defunctorum, quando dicitur hæc ultima tantum Oratio, dicitur, Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus; per omnia sæcula sæculorum. R. Amen.*

*In die depositionis Defuncti, Oratio.*

**A**bsolve, quæsumus Domine, animam \* famuli tui **N.** (famulæ tuæ **N.**) ut \* defunctus (defuncta) sæculo, tibi vivat: & quæ per fragilitatem carnis humana conversatione commisit, tu venia misericordissimæ pietatis absterge. Per Dominum nostrum, &c. R. Amen.

*Vel. Oratio.*

**D**eus, cui proprium est misereri semper, & parcere; te supplices exoramus pro anima \* famuli tui **N.** (famulæ tuæ **N.**) quam hodie de hoc sæculo migrare iussisti: ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviscaris in finem: sed jubeas eam à sanctis Angelis tuis suscipi, & ad patriam paradisi perducì: ut quia in te speravit & credidit, non pœnas infer-

ni sustineat, sed gaudia æterna possideat. Per  
Dominum nostrum, &c

*In die tertio, septimo, & trigésimo depo-  
sitionis Defuncti, Oratio.*

**Q**uæsumus Domine, ut animæ \* famuli  
tui **N.** ( famulæ tuæ **N.** ) cujus deposi-  
tionis diem \* tertium ( septimum, *vel* trigési-  
mum ) commemoramus, Sanctorum, atque  
electorum tuorum largiri digneris consortium,  
& rorem misericordiæ tuæ perennem infundas.  
Per Dominum nostrū **JESUM** Christum, &c.

*In Anniversario unius Defuncti, Oratio.*

**D**eus indulgentiarum Domine; da animæ  
\* famuli tui **N.** ( famulæ tuæ **N.** ) cujus  
anniversarium depositionis diem commemo-  
ramus, refrigerij sedem, quietis beatitudinem,  
& luminis claritatem. Per Dominum no-  
strum, &c. *℞.* Amen.

*In anniversario plurimorum, Oratio.*

**D**eus indulgentiarum Domine; da anima-  
bus famulorum, famularumq; tuarum,  
quorum anniversarium depositionis diem com-  
memoramus, refrigerij sedem, quietis beatitu-  
dinem,

dinem, & luminis claritatem. Per Dominum nostrum, &c.

Aliaꝝ Orationes diversæ pro Defunctis.

Pro Summo Pontifice defuncto, Oratio.

**D**Eus, qui inter summos Sacerdotes famulum tuum **N.** ineffabili tua dispositione connumerari voluisti: præsta quæsumus; ut qui unigeniti Filij tui vices in terris gerebat, sanctorum tuorum Pontificum consortio perpetuo aggregetur. Per eundem Dominum nostrum **JESUM Christum, &c. ⁊. Amen.**

Pro defuncto Episcopo, Oratio.

**D**Eus, qui inter Apostolicos Sacerdotes famulum tuum **N.** Pontificali fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus; ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio: Per Dominum nostrum, &c.

Pro defuncto Sacerdote, Oratio.

**D**Eus, qui inter Apostolicos Sacerdotes, famulum tuum **N.** Sacerdotali fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus; ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per Dominum nostrum, &c.

Ff

Vel

Vel. Oratio.

**P**Ræsta, quæsumus Domine, ut anima famuli tui **N.** Sacerdotis, quem in hoc sæculo commorantem sacris muneribus decorasti, in cælesti sede gloriosa semper exultet. Per Dominum nostrum, &c.

Pro Patre &amp; Matre, Oratio.

**D**Eus, qui nos patrem & matrem honorare præcepisti: miserere clementer animabus patris ac matris meæ, eorumque peccata dimitte: meque eos in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per Dominum nostrum **JESUM** Christum, &c. **ꝛ.** Amen.

**Si fit pro pluribus, dicatur, animabus parentum nostrorum, & ubi dicitur, meque dicitur nosque.**

**Si pro patre tantum, dicatur animæ patris mei, vel nostri.**

**Si pro matre tantum, dicatur, animæ matris meæ, vel nostræ, in principio tamen semper dicitur, qui nos patrem & matrē honorare.**

**Pro defunctis fratribus, propinquis & benefactoribus, dicitur Oratio, Deus veniæ largitor, ut supra fol. 222.**

Pro

## Pro uno defuncto, Oratio.

**I**Nclina Domine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur: ut animam famuli tui **N.** quam de hoc sæculo migrare iussisti, in pacis ac lucis regione constituas; & Sanctorum tuorum jubeas esse confortem. Per Dominum nostrum **JESUM** Christum, &c. **ꝛ.** Amen.

## Pro una defuncta, Oratio.

**Q**Uæsumus Domine, pro tua pietate miserere animæ famulæ tuæ **N.** & à contagijs mortalitatis exutam, in æternæ salvationis partem restitue. Per Dominum nostrum **JESUM**, &c.

Pro fidelibus defunctis generalis Oratio, Fidelium, &c. ut supra fol. 222.

## Pro pluribus defunctis, Oratio.

**O**Mnipotens sempiternæ Deus, cui nunquam sine spe misericordiæ supplicatur, propitiare animabus famulorum famularumque tuarum: ut qui de hac vita in tui nominis confessione decesserunt, Sanctorum tuorum numero facias aggregari. Per Dominum

nostrum JESUM Christum Filium tuum: qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. **R.** Amen.

**V.** Requiem æternam dona eis Domine. **R.** Et lux perpetua luceat eis. **V.** Requiescant in pace. **R.** Amen.

## AD MATUTINUM.



**S**Equens Invitatorium cum suo psalmo dicitur tantum in die Commemorationis omnium fidelium Defunctorum, & in die depositionis Defuncti, quibus diebus dicuntur tres infra scripti Nocturni, & Antiphona duplicantur, tam ad Vesperas quàm ad Matutinum. Et in die Commemorationis omnium fidelium Defunctorum ad Vesperas omittitur psalmus, **Lauda anima mea.** & ad Laudes, **De profundis.** Alijs verò temporibus omittitur Invitatorium cum psalmo, & inchoatur ab Antiphona Psalmorum Nocturni, & dicitur tantum unum Nocturnum cum suis Laudibus, hoc ordine: **Secunda & Quinta feria primum Nocturnum: Tertia & Sexta feria secundum Nocturnum: Quarta feria & Sabbato tertium Nocturnum.**

Ad

Ad Matutinum Invitatorium.

**R**



E gem cui omnia vivunt,



Venite adoremus.

Chorus repetit, Regem. &c. Psal. 94.



Venite exultemus Domino,



jubilemus Deo salutari nostro: præocu-



pemus faciem ejus in confessione, &

Ff 3

in



in psalmis jubilemuse i. **R**e gem.



**Q**uoniam Deus magnus Dominus, & Rex



magnus super omnes deos: quoniã non re-



pellet Dominus plebem suam, quia in



manu ejus sunt omnes fines terræ & al-

titu-

titudines montium ipse conspicit. Venite.

Quoniam ipse est mare, & ipse fecit

illud, & a ridam fundaverunt manus ejus:

venite adoremus & procidamus ante

Deum: ploremus coram Domino qui fecit

nos,



nos, quia ipse est Dominus Deus noster: nos



autem populus ejus, & oves pascuæ



ejus. **R**egem cui. **H**odie si vocem



ejus audieritis, nolite obdurare corda



vestra, sicut in exacerbatione secundum  
diem

diem tentationis in deserto: ubi tenta-

verunt me patres vestri probaverunt &

viderunt opera mea. **V**enite. **Q**ua-

draginta annis proximus fui genera ti oni

huic, & dixi semper hi errant corde: ipsi

Gg

verò



verò non cognoverūt vias meas quibus ju-  
 ravi in ira mea, si introibunt in  
 requiem meam. **R**egem. **R**equiem æter-  
 nam dona eis Domine: & lux perpe-  
 tua luceat eis. **V**enite. **R**egem cui.  
 IN

IN PRIMO NOCTURNO,  
Pro feria Secunda & Quinta.



Ant. Di rige. 7. Eu ou a e.

**Psalmus 5.**



Erba mea auribus percipe Domine, \* intellige clamorem meum.  
Intende voci orationis meæ, \* Rex meus, & Deus meus.

**Q**uoniam ad te orabo: \* Domine, manè exaudies vocem meam.

**M**anè astabo tibi, & videbo: \* quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

**N**eque habitabit juxta te malignus: \* neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.

**O**disti omnes, qui operantur iniquitatem: \* perdes omnes, qui loquuntur mendacium.

**V**irum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus: \* ego autem in multitudine misericordiæ tuæ;

Gg 2

Intro.

**I**ntrōibo in domum tuam: \* adorabo ad  
templum sanctum tuum in timore tuo.

**D**omine deduc me in iustitia tua: \* pro-  
pter inimicos meos dirige in conspectu tuo vi-  
am meam.

**Q**uoniam non est in ore eorum veritas: \*  
cor eorum vanum est.

**S**epulchrum patens est guttur eorum, lin-  
guis suis dolosè agebant, \* iudica illos Deus.

**D**écidant à cogitationibus suis, secundum  
multitudinem impietatum eorum expelle eos, \*  
quoniam irritaverunt te Domine.

**E**t latentur omnes, qui sperant in te, \* in  
æternum exultabunt, & habitabis in eis.

**E**t gloriabuntur in te omnes, qui diligunt  
nomen tuum, \* quoniam tu benedices iusto.

**D**omine ut scuto bonæ voluntatis tuæ \*  
coronasti nos.

**R**equiem æternam, &c.



**Ant.** Di ri ge Domine Deus meus in

con-



**Ant.** Convertere Domine. s. E u o u a e.

**Psalms 6.**

**D**omine, ne in furore tuo arguas me: \* neque in ira tua corripas me.

**M**iserere mei Domine, quoniam infirmus sum: \* sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

**E**t anima mea turbata est valdè: \* sed tu Domine usquequo?

**C**onvertere Domine, & eripe animam meam: \* salvum me fac propter misericordiam tuam.

**Q**uoniam non est in morte, qui memor sit tui: \* in inferno autem quis confitebitur tibi?

**L**aboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum: \* lacrymis meis stratum meum rigabo.

Gg 3

**T**ur-

Turbatus est à furore oculus meus: \* inveteravi inter omnes inimicos meos.

Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem: \* quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meā, \* Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei: \* convertantur, & erubescant valdè velociter.


Requiem æternam, &c.



Ant. Convertere Domine, & eripe ani-



mam meam: quoniã non est in morte,



qui memor sit tui.

Ant.



Ant. Ne quando. s. E u o u i a e.

Psalmus 7.

**D**omine Deus meus, in te speravi: \* sal-  
vum me fac ex omnibus persequentibus  
me, & libera me.

**N**e quando rapiat, ut leo, animam meā, \*  
dum nō est qui redimat, neq; qui salvum faciat.

**D**omine Deus meus, si feci istud, \* si est  
iniquitas in manibus meis.

**S**i reddidi retribuētibus mihi mala, \* de-  
cidam merito ab inimicis meis inanis.

**P**ersequatur inimicus animam meam, &  
comprehendat, & conculet in terra vitam me-  
am, \* & gloriam meam in pulverem deducat.

**E**xurge Domine in ira tua \* & exaltare in  
finibus inimicorum meorum.

**E**t exurge Domine Deus meus in præcepto  
quod mandasti: \* & synagoga populorum cir-  
cūdabit te.

**E t**

**E**t propter hanc in altum regredere: \* Dominus iudicat populos.

**J**udica me Domine secundum iustitiam meam, \* & secundum innocentiam meam super me.

**C**onsumetur nequitia peccatorum, & diriges iustum, \* scrutans corda, & renes Deus.

**J**ustum adiutorium meum à Domino, \* qui salvos facit rectos corde.

**D**eus iudex iustus, fortis, & patiens: \* numquid irascitur per singulos dies?

**N**isi conversi fueritis, gladium suum vibrabit: \* arcum suum tetendit, & paravit illum.

**E**t in eo paravit vasa mortis, \* sagittas suas ardentibus effecit.

**E**cce parturijt iniustitiam: \* concepit dolorem, & peperit iniquitatem.

**L**acum aperuit, & effodit eum: \* & incidit in foveam quam fecit.

**C**onvertetur dolor ejus in caput ejus: \* & in verticem ipsius iniquitas ejus descendet.

**C**onfitebor Domino secundum iustitiam ejus: \* & psallam nomini Domini altissimi.

**R**equiem æternam, &c

**Ant.**



Ant. Ne quando rapiat, ut leo animam




meam, dum non est qui re dimat, neq;



qui saluum faciat.



Ps. A porta inferi. R. Erue Domine.



animas eorum.

Pater noster, totum secretò.

Hh

Lectio-

Lectio leguntur sine Absolutione, Benedictionibus, & Titulo.

Lectio j. *Iob 7. c*


**P**Arce mihi Domine, nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum? Visitas eum diluculo, & subito probas illum: Usquequò non parcis mihi, nec dimittis me, ut glutiam salivam meam? Peccavi, quid faciam tibi, o custos hominum? quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihi metipsum gravis? Cur non tollis peccatum meum, & quare non auferis iniquitatem meam? ecce nunc in pulvere dormiam: & si mane me quaesieris, non subsistam.

Lectio terminatur sine **T**u autem, vel alia conclusione.



**Resp.** Credo quod Redemptor meus


vivit,



vi vit, & in novissi-



mo di e de terra surrectu-



rus sum: **Et** in car ne mea



vi debo De um Salvatorem



me um. **¶** Quem vi-

Hh 2

furus



fu rus sum e go ipse, &



non a li us, & o culi mei con-



spec tu ri sunt.



**E**t in car ne.

**Lectio ij.**

*Iob 10.*

**T**ædet animam meam vitæ meæ, dimit-  
tam adversum me eloquium meum, lo-  
quar in amaritudine animæ meæ. Dicam Deo:  
Noli me condemnare: indica mihi cur me ita

judi-

judices? Numquid bonū tibi videtur, si calum-  
niēris me, & opprimas me opus manuum tuarū,  
& consilium impiorum adjuves? Numquid o-  
culi carnei tibi sunt: aut sicut videt homo, & tu  
videbis? Numquid sicut dies hominis dies tui  
& anni tui sicut humana sunt tempora, ut quæ-  
ras iniquitatem meam, & peccatum meum  
scrutēris? Et scias, quia nihil impium fecerim,  
cū sit nemo, qui de manu tua possit eruere.

**R.** Qui Laza rum re su scita sti

à monumen to foeti dum:

**T**u é is Domine dona requiem &


Hh 3 locum



lo cum in dul genti æ.



Qui venturus es judica-



re vi vos & mortu os & facu-



lum per i gnem. Tu e is.

Lectio iij. Job 10.

**M**Anus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me totum in circuitu: & sic repente præcipitas me? Memento, quæso, quòd sicut

sicut lutum feceris me, & in pulverem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti? Pelle, & carnibus vestisti me, ossibus, & nervis compegisti me. Vitam, & misericordiam tribuisti mihi, & visitatio tua custodivit spiritum meum.



Resp. Domine quando ve-



ne ris judicare terram, ubi



me abscondam à vultu iræ



tu æ? **Q**uia peccavi nimis in vi-

ta

ta me a. ✠. Commiffa

mē ā pa veſco & ante te

e ru be ſco: dum ve neris judi care

noli me con dem na-

re. Quia peccavi. ✠. Requi-

em



em æ ter nam dona e-



is Domi ne, & lux perpe tua,



lu ce at e is.



Quia peccavi.

IN SECUNDO NOCTURNO,  
proferia Tertia & Sexta.



Ant. In loco pascuæ. s. E u o u a e.

Ii

Plal-

## Psalmus 22.

**D**ominus regit me, & nihil mihi deerit: \*  
in loco pascuæ ibi me collocavit.

**S**uper aquam refectiois educavit me: \*  
animam meam convertit.

**D**educit me super semitas justitiæ, \* prop-  
ter nomen suum.

**N**am etsi ambulavero in medio umbræ  
mortis non timebo mala: \* quoniã tu mecũ es.

**V**irga tua, & baculus tuus, \* ipsa me con-  
solata sunt.

**P**arasti in conspectu meo mensam, \* ad-  
versus eos qui tribulant me.

**I**mpinguasti in oleo caput meum, \* & ca-  
lix meus inebrians quàm præclarus est.

**E**t misericordia tua subsequetur me, \* om-  
nibus diebus vitæ meæ.

**E**t ut inhabitem in domo Domini, \* in  
longitudinem dierum.

**R**equiem æternam.



**Ant.** In loco pascuæ, ibi me collocavit.

**Ant.**



**Ant.** Deli cta. 8. E u o u a e.

**Psalms 24.**

**A**D te Domine levavi animam meam: \*  
Deus meus in te confido non erubescam.  
**N**eque irrideant me inimici mei: \* etenim  
universi qui sustinent te, non confundentur.

**C**onfundantur omnes iniqua agentes \* su-  
pervacuè:

**V**ias tuas Domine demonstra mihi: \* & se-  
mitas tuas edoce me.

**D**irige me in veritate tuá, & doce me: \*  
quia tu es Deus salvator meus, & te sustinui to-  
ta die.

**R**eminiscere miserationum tuarum Domi-  
ne, \* & misericordiarum tuarum, quæ à sæcu-  
lo sunt.

**D**elicta juventutis meæ, \* & ignorantias  
meas ne memineris.

**S**ecundùm misericordiam tuam memento  
mei tu: \* propter bonitatem tuam Domine.

**D**ulcis, & rectus Dominus: \* propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

**D**iriget mansuetos in iudicio: \* docebit mites vias suas.

**U**niversæ viæ Domini, misericordia, & veritas: \* requirentibus testamentum ejus, & testimonia ejus.

**P**ropter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo: \* multum est enim.

**Q**uis est homo qui timet Dominum? \* legem statuit ei in via, quam elegit.

**A**nima ejus in bonis demorabitur: \* & semen ejus hæreditabit terram.

**F**irmamentū est Dominus timentibus eū: \* & testamentum ipsius, ut manifestetur illis.

**O**culi mei semper ad Dominum: \* quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos.

**R**espice in me, & miserere mei: \* quia unicus, & pauper sum ego.

**T**ribulationes cordis mei multiplicatæ sunt: \* de necessitatibus meis erue me.

**V**ide humilitatem meam, & laborem meum: \* & dimitte universa delicta mea.

**R**espice inimicos meos, quoniam multi-

pli-

plicati sunt, \* & odio iniquo oderunt me.

**C**ustodi animam meam, & erue me: \* non erubescam, quoniam speravi in te.

**I**nnocentes, & recti adhæserunt mihi: \* quia sustinui te.

**L**ibera Deus Israel, \* ex omnibus tribulationibus suis.

**R**equiem æternam, &c.



**Ant.** Delicta juventutis meæ & ignoran-



tias meas ne memine ris Domi ne.



**Ant.** Credo vide re. 4. E u o u a e.

## Psalmus 26.

**D**ominus illuminatio mea, & salus mea, \*  
quem timebo?

**D**ominus protector vitæ meæ, \* à quo tre-  
pidabo?

**D**um appropiant super me nocentes, \* ut  
edant carnes meas:

**Q**ui tribulant me inimici mei, \* ipsi infir-  
mati sunt, & ceciderunt.

**S**i consistant adversum me castra, \* non  
timebit cor meum.

**S**i exurgat adversum me prælium, \* in hoc  
ego sperabo.

**U**nam petij à Domino, hanc requiram, \*  
ut in habitem in domo Domini omnibus die-  
bus vitæ meæ.

**U**t videam voluptatem Domini, \* & visi-  
tem templum ejus.

**Q**uoniam abscondit me in tabernaculo  
suo: \* in die malorum protexit me in abscon-  
dito tabernaculi sui.

**I**n petra exaltavit me: \* & nunc exaltavit  
caput meum super inimicos meos.

**C**ircuivi, & immolavi in tabernaculo eius  
hosti-

hostiam vociferationis: \* cantabo, & psalmum dicam Domino.

**E**xaudi Domine vocem meam, qua clamavi ad te: \* miserere mei, & exaudi me.

**T**ibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea: \* faciem tuam Domine requiram.

**N**e avertas faciem tuam à me: \* ne declines in ira à servo tuo.

**A**djutor meus esto: \* ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus.

**Q**uoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me: \* Dominus autem assumpsit me.

**L**egem pone mihi Domine in via tua: \* & dirige me in semitam rectam propter inimicos meos.

**N**e tradideris me in animas tribulantium me: \* quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi.

**C**redo videre bona Domini \* in terra viventium.


**E**xpecta Dominum, viriliter age: \* & confortetur cor tuum, & sustine Dominum.

**R**equiem æternam, &c.


Ant.




**Ant.** Credo videre bona Domini in terra



viventium.



**Vers.** Collocet eos Dominus cum principibus.



**Resp.** Cum principibus populi sui.

Pater noster, **totum secretò.**

**Lectio iiiij.** *Job 13. d*

**R**esponde mihi: Quantas habeo iniquitates, & peccata, scelera mea, & delicta  
osten-

ostende mihi. Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum? Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris. Scribis enim contra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ. Posuisti in nervo pedem meum, & observasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti. Qui quasi putredo consumendus sum, & quasi vestimentum, quod comeditur à tinea.



Resp. Memento me i De us



quia ventus est vita me-



a, Nec a spi ciat me vi-

Kk fus



fus homi nis. ✠. De profun-



dis clamavi ad te Domi ne, Domi-



ne exaudi vocem me am.



Nec aspiciat.

LECTIO v. Job 14.

**H**omo natus de muliere, brevi vivenstem-  
pore, repletur multis miserijs. Qui quasi  
flos egreditur, & conteritur, & fugit velut um-  
bra

bra, & nunquam in eodem statu permanet. Et dignum ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium? Quis potest facere mundum de immundo conceptum femine? Nonne tu qui solus es? Breves dies hominis sunt, numerus mensium ejus apud te est: constituisti terminos ejus, qui præteriri non poterunt. Recede paululum ab eo, ut quiescat, donec optata veniat, sicut mercenarij dies ejus.



*Resp.* Heu mihi Do mi ne, quia



pecca vi ni mis in vi ta



me a: quid faciam mi ser? u-

Kk 2

bi



bi fu gi am, nisi ad te




De us me us? **M**ise re re



me i, dum ve ne-



ris in novissimo




di e. **Vers.** A nima me a


tur-



turba ta est val dè, sed tu Do-



mine, suc curre e i.



Mise re re.

*Lectio vj. Job 14. c*

**Q**uis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus, & constituas mihi tempus, in quo recorderis mei? Putasne mortuus homo rursus vivat? Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me, & ego respondebo tibi: operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidem

gressus

gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis  
meis.

**Resp** Ne recor de ris peccata me-

a Do mi ne, **Dum**

vene ris judi care fæ-

culum per i gnem.

**Di** ri ge Do mine De-  
us

us meus, in conspectu tu o vi-

am me am. **D**um vene-

ris. *γ*. Re quem æ ter nam

dona e is. Dòmì ne: & lux


perpetua lu ce at e is.

**D**um



Dum vene ris.

IN TERTIO NOCTURNO,  
pro feria Quarta, & Sabbato.



Ant. Complacet. 2. E u o u a c.

Psalmus 39.

**E**Xpectans expectavi Dominum, \* & intendit mihi.

Et exaudivit preces meas : \* & eduxit me de lacu miseræ , & de luto fæcis.

Et statuit supra petram pedes meos : \* & direxit gressus meos.

Et immisit in os meum canticum novū , \* carmen Deo nostro.

Videbunt multi, & timebunt : \* & sperabunt in Domino.

Bea-

**B**eatus vir, cuius est nomen Domini spes eius: \* & non respexit in vanitates & insanias falsas.

**M**ulta fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua: \* & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.

**A**nnuntiavi, & locutus sum: \* multiplicati sunt super numerum.

**S**acrificium, & oblationem noluisti: \* aures autem perfecisti mihi.

**H**olocauftum & pro peccato non postulasti: \* tunc dixi: Ecce venio.

**I**n capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam: \* Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.

**A**nnuntiavi justitiam tuam in Ecclesia magna, \* ecce labia mea non prohibebo: Domine tu scisti!

**J**ustitiam tuam non abscondi in corde meo: \* veritatem tuam, & salutare tuum dixi.

**N**on abscondi misericordiam tuam, & veritatem tuam, \* à concilio multo.

**T**u autem Domine ne longè facias miserationes tuas à me: \* misericordia tua & veri-

tas tua semper susceperunt me.

**Q**uoniam circumdederunt me mala, quorum non est numerus: \* comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui ut viderem.

**M**ultiplicatæ sunt super capillos capitis mei: \* & cor meum dereliquit me.

**C**omplaceat tibi Domine ut eruas me: \* Domine ad adiuuandum me respice.

**C**onfundantur, & reuerentur simul qui quærunt animam meam, \* vt auferant eam.

**C**onvertantur retrorsum, & reuerentur, \* qui volunt mihi mala.

**F**erant confestim confusionem suam, \* qui dicunt mihi: Euge, euge.

**E**xultent, & lætentur super te omnes quærentes te: \* & dicant semper: Magnificetur Dominus: qui diligunt salutare tuum.

**E**go autem mendicus sum, & pauper: \* Dominus sollicitus est mei.

**A**djutor meus, & protector meus tu es: \* Deus meus ne tardaveris.


**R**equiem æternam dona eis Domine.

**E**t lux perpetua luceat eis.

Ant.



**Ant.** Compla ceat tibi Domine, ut e ri pi as



me: Domine ad ad iuvandum me re spice.



**Ant.** Sana Domine. 2. E u o u a c.

**Psalmus 40.**

**B**Eatus qui intelligit super egenum, & pau-  
perem : \* in die mala liberabit eum Do-  
minus.

**D**ominus conseruet eum, & vivificet eum,  
& beatum faciat eum in terra : \* & non tradat  
eum in animam inimicorum ejus.

**D**ominus opem ferat illi super lectum do-

L1 2

loris

loris ejus: \* universum stratum ejus verfasti in infirmitate ejus.

**E**go dixi: Domine, miserere mei: \* sana animam meam, quia peccavi tibi.

**I**nimici mei dixerunt mala mihi: \* Quando morietur, & peribit nomen ejus?

**E**t si ingrediebatur ut videret, vana loquebatur, \* cor ejus congregavit iniquitatem sibi.

**E**grediebatur foras, \* & loquebatur in idipsum.

**A**dversum me susurrabant omnes inimici mei: \* adversum me cogitabant mala mihi.

**V**erbum iniquum constituerunt adversum me: \* Numquid qui dormit, non adjiciet ut resurgat?

**E**tenim homo pacis meae in quo speravi: \* qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem:

**T**u autem Domine miserere mei, & resuscita me: \* & retribuam eis.

**I**n hoc cognovi, quoniam voluisti me: \* quoniam non gaudebit inimicus meus super me.

**M**e autem propter innocentiam suscepi-

sti: \*

sti: \* & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.

Benedictus Dominus Deus Israël à sæculo, & usque in sæculum: \* fiat, fiat.

Requiem æternam.



Ant. Sa na Domine a nimam meam quia



peccavi ti bi.



Ant Si ti vit. 2. E u o u a e.

Psalmus 41.

Uemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: \* ita desiderat anima mea ad te Deus.

LI 3

S iti-

**S**itivit anima mea ad Deum fortem vivum: \* quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?

**F**uerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte: \* dum dicitur mihi quotidie: Ubi est Deus tuus?

**H**æc recordatus sum, & effudi in me animam meam: \* quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei.

**I**n voce exultationis, & confessionis: \* sonus epulantis.

**Q**uare tristis es anima mea? \* & quare conturbas me?

**S**pera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: \* salutare vultus mei, & Deus meus.

**A**d me ipsum anima mea conturbata est: \* propterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermonijm à monte modico.

**A**byssus abyssum invocat, \* in voce cataractarum tuarum.

**O**mnia excelsa tua, & fluctus tui \* super me transfierunt.

**I**n die mandavit Dominus misericordiam suam: \* & nocte canticum ejus.

**A** pud

**A** pud me oratio Deo vitæ meæ; \* dicam Deo: Susceptor meus es.

**Q** uare oblitus es mei? \* & quare contristatus incedo, dùm affligit me inimicus?

**D** um confringuntur ossa mea, \* exprobraverunt mihi, qui tribulant me inimici mei:

**D** um dicunt mihi per singulos dies: Ubi est Deus tuus? \* quare tristis es anima mea? & quare conturbas me?

**S** pera in Deo quoniam adhuc confitebor illi: \* salutare vultus mei & Deus meus.

**R** equiem æternam, &c.



**Ant.** Si ti vit a nima mea ad



Deum vivum: quãdo ve ni am, &



ap pare bo an te fa ci em Domini.


**Verf.**




*Verf.* Ne tradas bestijs animas con-



fitentes tibi. *rs.* Et animas pau-



perum tuorum ne obliuiscaris



in finem.

*P*ater noster, *totum secretò.*

*Lectio vij. Iob 17.*

**S**piritus meus attenuabitur, dies mei breuiabuntur, & solum mihi superest sepulchrum.

chrum. Non peccavi, & in amaritudinibus  
 moratur oculus meus. Libera me, Domine,  
 & pone me juxta te, & cujusvis manus punget  
 contra me. Dies mei transierunt, cogitationes  
 meæ dissipatae sunt, torquentes cor meum.  
 Noctem verterunt in diem, & rursus post te-  
 nebras spero lucem. Si sustinero, infernus do-  
 mus mea est, & in tenebris stravi lectulum meum.  
 Putredini dixi, Pater meus es: mater mea, & so-  
 ror mea, vermibus. Vbi est ergo nunc praestola-  
 tio mea, & patientiam meam quis considerat?

*Resp.* Peccantem me quo ti di è,

& non me poe ni ten tem, ti-

mor mor tis contur bat me:

Mm

Quia

Quia in inferno nulla est  
 redemptio, misere re  
 me i Deus, & salva  
 me. ✠. Deus in nomine tuo  
 salvum me fac, & in virtute  
 tua




tu a li be ra me. Quia in.

Lectio viij.

Job. 19.

**P**elli me consumptis carnibus, adhæsit os meum, & derelicta sunt tantummodò labia circa dentes meos. Misere mini mei, misere mini mei, saltem vos amici mei: quia manus Domini tetigit me. Quare persequimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini? Quis mihi tribuat ut scribantur sermones mei? Quis mihi det, ut exarentur in libro stylo ferreo, & plumbi lamina, vel celte sculpantur in filice? Scio enim quòd Redemptor meus vivit, & in novissimo die de terra surrecturus sum: & rursus circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum meum. Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius: reposita est hæc spes mea in sinu meo.



Resp. Do mine secundum actum me-

M m 2

um



um no li me judi

ca re: nihil dignum in

conspecu tu o e

gi: i deò de pre cor

ma je statem tu an.

am

U t      tu Deus      dele as


iniqui ta      tem

me      am. ~~✗~~ Ampli

us      la va me Domine,

ab iniusti ti a me a, & à deli-

Mm 3



delicto me o munda



me. Ut tu De us:

Lectio ix. Iob. 10. d

**Q**uare de vulva eduxisti me ? qui utinam consumptus essem , ne oculus me videret. Fuissem quasi non essem , de utero translatus ad tumulum. Numquid non paucitas dierum meorum finietur brevi ? Dimitte ergo me , ut plangam paululum dolorem meum : antequam vadam , & non revertar ad terram tenebrosam , & opertam mortis caligine : Terram miseriae , & tenebrarum , ubi umbra mortis , & nullus ordo , sed sempiternus horror inhabitat.

*Resp.* Libe ra me Do mi ne de

vi js inferni, qui por-

tas æreas confre gi fti: & vi

fi ta fti infernum, &

de difti e is lu men, ut vi de rent

te:




te: Qui e rant in pœ nis



te ne bra rum v. Clamātes,



& dicen tes, Adve ni sti Re-




demptor noster. Qui e rāt.



v. Requiem æternam dona e is Do mi ne:

&



& lux perpe tu a lu ceat e is.



Qui e rant.

Aliud Responsorium videlicet. Libera me Domine, quod dicitur in die Commemoratio- nis omnium Defunctorum, & quodocunquē pro Defunctis dicuntur novem Lectiones, ha- betur supra folio 207.

AD LAUDES

absolutē incipitur Antiphona.



Exultabūt Domino. i. Eu ou a ē.

Nn

Plal.

## Psalmus 50.

**M**iserere mei Deus, \* secundum magnam misericordiam tuam:

**E**t secundum multitudinem miserationum tuarum, \* dele iniquitatem meam.

**A**mplius lava me ab iniquitate mea: \* & à peccato meo munda me.

**Q**uoniam iniquitatem meam ego cognosco: \* & peccatum meum contra me est semper.

**T**ibi soli peccavi, & malum coram te feci: \* ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas cum judicaris.

**E**cce enim in iniquitatibus conceptus sum: \* & in peccatis concepit me mater mea.

**E**cce enim veritatem dilexisti: \* incerta & occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.

**A**sperges me hyssopo, & mundabor: \* lavabis me, & super nivem dealbabor.

**A**uditui meo dabis gaudium & lætitiā: \* & exultabunt ossa humiliata.

**A**verte faciem tuam à peccatis meis: \* & omnes iniquitates meas dele.

**C**or mundum crea in me Deus: \* & spiritum

ritum

ritum rectum innova in visceribus meis.

**N**e proijcias me à facie tua: \* & spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

**R**edde mihi lætitiã salutaris tui: \* & spiritu principali confirma me.

**D**ocebo iniquos vias tuas: \* & impij ad te convertentur.

**L**ibera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ: \* & exultabit lingua mea iustitiã tuam.

**D**omine, labia mea aperies: \* & os meum annuntiabit laudem tuam.

**Q**uoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique: \* holocaustis non delectaberis.

**S**acrificium Deo spiritus contribulatus: \* cor contritum, & humiliatum Deus non despicies.

**B**enignè fac Domine in bona voluntate tua Sion: \* ut ædificentur muri Ierusalem.

**T**unc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes, & holocausta: \* tunc imponent super altare tuum vitulos.


**R**equiem æternam.

N n 2

Ant.



**Ant.** Exul tabunt Domino ossa hu mi.



li a ta.



**Aut.** Exaudi Domine s. E u o u a e.

**Psalmus 64.**

**T**E decet hymnus Deus in Sion: \* & tibi reddetur votum in Ierusalem.

**E**xaudi orationem meam: \* ad te omnis caro veniet,

**V**erba iniquorum prævaluerunt super nos: \* & impietatibus nostris tu propitiaberis.

**B**eatus quem elegisti, & assumpsisti: \* inhabitabit in atrijs tuis.

**R**eple-

**R**eplebimur in bonis domus tuæ: \* sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate.

**E**xaudi nos Deus salutaris noster, \* spes omnium finium terræ, & in mari longè.

**P**ræparans montes in virtute tua, accinctus potentia: \* qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum ejus.

**T**urbabuntur Gentes, & timebunt qui habitant terminos à signis tuis: \* exitus matutini, & vesperè delectabis.

**V**isitasti terram, & inebriasti eam: \* multiplicasti locupletare eam.

**F**lumen Dei repletum est aquis, parasti cibum illorum: \* quoniam ita est præparatio ejus.


**R**ivos ejus inebria, multiplica genimina ejus: \* in stillicidijs ejus lætabitur germinans.

**B**enedices coronæ anni benignitatis tuæ: \* & campi tui replebuntur ubertate.

**P**inguescent speciosa deserti: \* & exultatione colles accingentur.

**I**nduti sunt arietes ovium, & valles abundabunt frumento: \* clamabunt, etenim hymnum dicent.

Requiem æternam, &amp;c.



Ant. Exaudi Domine ora tionem me-



am, ad te omnis ca ro veni et.



Ant. Me susce pit. 7. E u o u a e.

Psalmus 62.

**D**Eus Deus meus\* ad te de luce vigilo.  
Sitiuit in te anima mea,\* quam mul-  
tipliciter tibi caro mea.

**I**n terra deserta, & inuia, & inaquosa:\*  
sic in sancto apparui tibi, ut viderem virtutem  
tuam, & gloriam tuam.

**Q**uoniam melior est misericordia tua su-  
per vitas: labia mea laudabunt te.

Sic

**S**ic benedicam te in vita mea: \* & in nomine tuo levabo manus meas.

**S**icut adipe & pinguedine repleatur anima mea: \* & labijs exultationis laudabit os meum.

**S**i memor fui tui super stratum meum in matutinis meditabor in te: \* quia fuisti adiutor meus.

**E**t in velamento alarum tuarum exultabo, adhæsit anima mea post te: \* me suscepit dextera tua.

**I**psi verò in vanum quæsierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ: \* tradentur in manus gladij partes vulpium erunt.

**R**ex verò lætabitur in Deo, laudabuntur omnes qui jurant in eo: \* quia obstructum est os loquentium iniqua. **Psalmus 66.**

**D**eus misereatur nostri, & benedicat nobis: \* illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.

**V**t cognoscamus in terra viam tuam: \* in omnibus gentibus salutare tuum.

**C**onfiteantur tibi populi Deus: \* confiteantur tibi populi omnes.

**L**ætentur & exultent Gentes: \* quoniam

judi

judicas populos in æquitate, & Gentes in terra dirigis.

**C**onfiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes: \* terra dedit fructū suū.

**B**enedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: \* & metuant eum omnes fines terræ.

**R**equiem æternam.



**Ant.** Me susce pit dextera tua Domine.



**Ant.** A por ta in fe ri 2. E u o u a e.

**Canticum Ezechie** *Isaie 38.*

**E**go dixi: In dimidio dierum meorum \* vadam ad portas inferi.

**Q**uæsiui residuum annorum meorum: \* dixi: Non videbo Dñum Deum in terra viventium.

**N**on aspiciam hominem ultra, \* & habitatorem quietis.

**G**ene-

**G**eneratio mea ablata est: & convoluta est à me, \* quasi tabernaculum pastorum:

**P**ræcisa est velut à texente vita mea: dum adhuc ordiret, succidit me: \* de manè usque ad vesperam finies me.

**S**perabam usque ad manè, \* quasi leo, sic contrivit omnia ossa mea.

**D**e manè usque ad vesperam finies me: \* sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditabor ut columba.

**A**tenuati sunt oculi mei, \* suspicientes in excelsum.

**D**omine, vim patior, responde pro me. \* Quid dicam, aut quid respondebit mihi, cum ipse fecerit?

**R**ecogitabo tibi omnes annos meos \* in amaritudine animæ meæ.

**D**omine si sic vivitur, & in talibus vita spiritus mei, corripies me, & vivificabis me: \* Ecce in pace amaritudo mea amarissima.

**T**u autem eruisti animam meam, ut non periret, \* projecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

**Q**uia non infernus confitebitur tibi, ne-

Oo


que

que mors laudabit te: \* non expectabunt, qui descendunt in lacum veritatem tuam.

Vivens vivens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie: \* pater filijs notā faciet veritatē tuā.

Domine salvum me fac, \* & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini.

Requiem æternam. &c.



Ant. A por ta in fe ri, e rue Do-



mine a nimam meam.



Ant. Omnis spi ritus 7. E u o u a e.

Psalmus 148.

Laudate Dominum de cælis: \* laudate eum in excelsis,

L au-

**L**audate eum omnes Angeli ejus : \* lau-  
date eum omnes virtutes ejus.

**L**audate eum sol, & luna : \* laudate eum  
omnes stellæ, & lumen.

**L**audate eum cæli cælorum : \* & aquæ  
omnes, quæ super cælos sunt, laudent no-  
men Domini.

**Q**uia ipse dixit, & facta sunt : \* ipse man-  
davit, & creata sunt.

**S**tatuit ea in æternum, & in sæculum sæ-  
culi : \* præceptum posuit, & non præteribit.

**L**audate Dominum de terra : \* dracones  
& omnes abyssi :

**I**gnis, grando, nix, glacies, spiritus pro-  
cellarum : \* quæ faciunt verbum ejus :

**M**ontes, & omnes colles : \* ligna fructi-  
fera, & omnes cedri :

**B**estæ, & universa pecora : \* serpentes, &  
volucres pennatæ :

**R**eges terræ, & omnes populi : \* princi-  
pes, & omnes judices terræ :

**J**uvenes, & virgines : senes cum juniori-  
bus, laudent nomen Domini : \* quia exalta-  
tum est nomen ejus solius.

**C**onfessio ejus super cælum & terram : \*  
& exaltavit cornu populi sui.

**H**ymnus omnibus sanctis ejus : \* filijs Isra-  
ël, populo appropinquanti sibi.

**Psalmus 149.**

**C**antate Domino canticum novum : \* laus  
ejus in Ecclesia sanctorum.

**L**ætetur Israël in eo, qui fecit eum : \* &  
filij Sion exultent in rege suo.

**L**audent nomen ejus in choro: in tympano,  
& psalterio psallant ei.

**Q**uia beneplacitum est Domino in populo  
suo : \* & exaltabit mansuetos in salutem.

**E**xultabunt sancti in gloria : \* lætabun-  
tur in cubilibus suis.

**E**xaltationes Dei in gutture eorum ; \* &  
gladij ancipites in manibus eorum.

**A**d faciendam vindictam in nationibus : \*  
inreparationes in populis.

**A**d alligandos reges eorum in compedi-  
bus : \* & nobiles eorum in manicis ferreis.

**V**t faciant in eis iudicium conscriptum : \*  
gloria hæc est omnibus sanctis ejus.

**Psal.**

Psalmus 150.

**L**audate Dominum in sanctis ejus: \* laudate eum in firmamento virtutis ejus.

**L**audate eum in virtutibus ejus: \* laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

**L**audate eum in sono tubæ: \* laudate eum in psalterio, & cithara.


**L**audate eum in tympano, & choro: \* laudate eum in chordis, & organo.

**L**audate eum in cymbalis benesonantibus, laudate eum in cymbalis jubilationis: \* omnis spiritus laudet Dominum.

**R**equiem æternam, &c.



**Ant.** Omnis spiritus laudet Dominum.



**Vers.** Audiui vocem de cælo dicentem

O o 3

mihi



mi hi *Rz.* Bea ti mortui, qui in



Domino mori un tur:



*Ant.* E go sum 2. E u o au c.

*Canticum Zachariæ. Luca 1. g*

**B**enedictus Dominus Deus Israel: \* quia  
visitavit, & fecit redemptionem Plebis  
suæ:

**E**t erexit cornu salutis nobis, \* in domo  
David pueri sui.

**S**icut locutus est per os sanctorum, \* qui  
à sæculo sunt, prophetarum ejus.

Salu-

**S**alutem ex inimicis nostris, \* & de manu omnium, qui oderunt nos.

**A**d faciendam misericordiam cum patribus nostris: \* & memorari testamenti sui sancti.

**J**urjurandum quod iuravit ad Abraham patrem nostrum, \* daturum se nobis:

**V**t sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, \* serviamus illi.

**I**n sanctitate, & justitia coram ipso, \* omnibus diebus nostris.

**E**t tu puer, Propheta Altissimi vocaberis: \* præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus.

**A**d dandam scientiam salutis plebi ejus: \* in remissionem peccatorum eorum.


**P**er viscera misericordiae Dei nostri: \* in quibus visitavit nos, oriens ex alto.

**I**lluminare his, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent: \* ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

**R**equiem æternam dona eis, Domine.

**E**t lux perpetua luceat eis.

Ant.



**Ant.** E go sum re surrecti o & vi-



ta: qui cre dit in me, e tiam si mor-



tu us fu e rit, vi vet: & omnis qui vi vit,



& cre dit in me, non morietur in æternum.

**Deinde Pater noster. Psalm. De profundis.**  
**fol. 215. cum Precibus & Orationibus Officio**  
**congruentibus, ut supra in Vespis, fol. 222.**

DE



## DE SEPLTVRA PARVULORUM.

**I**cet Parvuli, qui post Baptismum ante annos discretionis, hoc est, cum bonum à malo moraliter discernere possunt, eripiuntur, oratione Ecclesie non indigeant, nequè pro illis Sacrificia sive Altaris, sive aliarum Elemosinarum sint facienda, cum propter adeptam innocentiam baptismalem omni prorsus culpà careant, & puri ac immaculati stent ante thronum Dei, nihilquè sit, quod eos ab ingressu cali retardare possit; nihilominus eorum funera & corpuscula, utpote quibus sanctus infusus fuit Spiritus, juxta vetustam & laudabilem Ecclesie consuetudinem officiosa pietate sunt curanda, & cum aliquibus exequijs ac psalmis sepelienda juxta ordinem infra ponendum.

Si autem alicubi pia consuetudo obtineat, ut in sepeliendis talibus parvulis alia, & plures pie ceremonie, quàm hic ponuntur, adhibeantur,

Pp

aut

aut in talibus sepulturis aliqua quacunque deinde sint, sacrificia à fidelibus offerantur, ea non improbat: admonendi tamen sunt fideles, ne illa pro parvulis, sed occasione horum ijs defunctis, qui precibus Ecclesie indigent, offerant.

Procurandum insuper foret, ut talium parvulorum corpuscula in communibus & promiscuis cameteriorum & Ecclesiarum sepulturis non sepelirentur; sed ut pro illis in Parochialibus Ecclesijs aut illarum cameterijs, quatenus commode fieri potest (nihil enim in hoc puncto precipitur) speciales & seperati ab aliis loculi & sepultura in loco sacro haberentur, aut fieri curarentur, in quibus alii non sepeliantur, nisi qui baptizati fuerint infantes, vel pueri, qui ante annos discretionis obierunt.

Parvuli verò, sive quicumque alij, qui ex hac vita sine Baptismo migrant, in loco sacro sepeliri non debent, neque ipsis oblationis sanctæ commemoratio, neque psallendi aliquod officium impendi.



ORDO



## ORDO SEPELIENDI Parvulos.



Um infans vel puer baptizatus ante  
usum rationis defunctus fuerit, orne-  
tur feretrum coronâ de floribus seu de  
herbis aromaticis & odoriferis in signum inte-  
gritatis carnis & virginitatis, & Parochus con-  
sueto campanæ signo dato, superpelliceo, &  
stola albi coloris indutus præcedente Cruce ac-  
cedat ad domum defuncti cum ministro asper-  
sorium cum aqua benedicta, thuribulum, ac  
librum hunc ritualement deferente. ubi primò  
aspergit corpus, deinde dicit:

**Ant.** Sit nomen Domini.

**Psalmus 112.**

**L**audate pueri Dominum: \* laudate no-  
men Domini.

**S**it nomen Domini benedictum, \* ex hoc  
nunc & usque in sæculum.

**A** solis ortu usque ad occasum, \* lauda-  
bile nomen Domini.

Pp 2

Ex-

**E**xcelſus ſuper omnes Gentes Dominus, \*  
& ſuper cælos gloria ejus.

**Q**uis ſicut Dominus Deus noſter, qui in  
altis habitat, \* & humilia respicit in cælo &  
in terra ?

**S**uſcitans à terra inopem, \* & de ſterco-  
re erigens pauperem :

**U**t collocet eum cum principibus, \* cum  
principibus populi ſui.

**Q**ui habitare facit ſterilem in domo, \*  
matrem filiorum lætantem.

**G**loria Patri, & Filio, &c.

**Ant.** Sit nomen Domini benedictum, ex  
hoc nunc, & uſque in ſæculum.

**Postea dicitur Kyrie eleison. Chriſte elei-  
ſon. Kyrie eleison. Pater noſter. ſecreto. V.** Et  
ne nos inducas in tentationem. **R.** Sed libera  
nos à malo. **V.** Me autem propter innocentiam  
ſuſcepisti. **R.** Et confirmasti me in conſpectu  
tuo in æternum. **V.** Dominus vobiscum. **R.**  
Et cum ſpiritu tuo. **O**remus.

**O**mnipotens & miſſime Deus, qui om-  
nibus parvulis renatis fonte Baptiſmatis,

dum

dum migrant à sæculo, sine ullis eorum meritis vitam illicò largiris æternam, sicut animæ hujus parvuli hodie credimus te fecisse: fac nos, quæsumus Domine, per intercessionem beatæ Mariæ semper virginis, & omnium Sanctorum tuorum, hîc purificatis tibi mentibus famulari, & in Paradiso cum beatis parvulis perenniter sociari. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

**Postea aspergit corpus aquâ benedictâ, & thurificat, nihil dicens, deinde effertur funus Sacerdote ipsum immediate sequente. Interim dum portatur ad sepulturam Sacerdos poterit dicere Psalmum. Beati immaculati &c. vel Psalm. Laudate Dominum de cælis, ut supra fol. 290. cum duobus sequentibus, & in fine Gloria Patri.**

**Quando ad cæmeterium deventum fuerit Sacerdos dicit:**

**Antiph. Hic accipiet. Psalmus 23.**

**D**omini est terra & plenitudo ejus; orbis terrarum, & universi, qui habitant in eo.

**Q**uia ipse super maria fundavit eum : \* & super flumina præparavit eum.

**Q**uis ascendet in montem Domini ? \* aut quis stabit in loco sancto ejus ?

**I**nnocens manibus & mundo corde : \* qui non accepit in vano animam suam , nec juravit in dolo proximo suo.

**H**ic accipiet benedictionem à Domino : \* & misericordiam à Deo salutari suo.

**H**æc est generatio quærentium eum , \* quærentium faciem Dei Iacob.

**A**ttollite portas principes vestras , & elevamini portæ æternales : \* & introibit Rex gloriæ.

**Q**uis est iste Rex gloriæ ? \* Dominus fortis & potens , Dominus potens in prælio.

**A**ttollite portas principes vestras , & elevamini portæ æternales : \* & introibit Rex gloriæ.

**Q**uis est iste Rex gloriæ ? \* Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ.

**G**loria Patri , &c.

**Ant.** Hic accipiet benedictionem à Domino , & misericordiam à Deo salutari suo ,

quia

quia hæc est generatio quærentium Dominum.

**K**yrie eleison. **C**hriste eleison. **K**yrie eleison.

**P**ater noster. **secretò. V.** Et ne nos inducas in  
tentationem. **R.** Sed libera nos à malo. **V.** Si-  
nite parvulos venire ad me. **R.** Talium est enim  
regnum cœlorum. **V.** Dominus vobiscum. **R.**  
Et cum spiritu tuo. **O**remus.

**O**mnipotens sempiterne Deus, sanctæ pu-  
r-ratis amator, qui animam hujus par-  
vuli ad cœlorum regnum hodie misericorditer  
vocare dignatus es, digneris etiam Domine ita  
nobiscum misericorditer agere; ut meritis tuæ  
sanctissimæ Passionis, & intercessione beatæ  
Mariæ semper Virginis, & omnium Sancto-  
rum tuorum, in eodem regno nos cum omni-  
bus Sanctis & electis tuis semper facias con-  
gaudere. Qui vivis & regnas cum Deo Patre  
in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæ-  
cula sæculorum. **R.** Amen.

**Deinde Sacerdos corpus aspergat Aquâ  
benedictâ, & thurificet, similiter, & tumulum  
nilhil dicens, postea sepeliatur, ac Sacerdos cum  
Cruce redeat ad Ecclesiam.**

**ORDO**



O R D O  
**C E L E B R A N D I**  
 SOLENNITER SPONSALIA  
 IN ÆDIBUS, ANTEQUAM FIAT  
*Copulatio matrimonialis in*  
 Ecclesia.



**V**olentes cum aliqua solemnitate (ubi id moris fuerit) conficere Sponsalia, facta prius inter sponsum & sponsam, ac utriusq; partis amicos & consanguineos conventionem, accedant aedes Parochi, vel accersant ipsum Parochum, aut alium de ipsius licentia Sacerdotem, & vices gerentem, eique voluntatem suam contrahentes per se ipsos, vel per aliquem alium ad hoc deputatum aperiant, & declarent. Declaratione vero facta Sacerdos adstantes hoc vel simili modo alloqui poterit.

An

**W**irdächtige in Christo dem H. Erzen / weissen die  
 sie zwey gegenwärtige Personen namblichen  
**N.** und **N.** mich als ihren ordenlichen Priester  
 vnd Seelsorger ersuchen vnd bitten / daß ich wolle  
 ihrer zukünftiger Ehe Verheißung / so sie ein ander  
 zuthun anjeko vorhabens seynd / Zeugnuß geben /  
 vnd für gut erkennen; So will ich also mit Bey-  
 stand Göttlicher Gnaden sie ihres Bitts vnd be-  
 gehrens gewehren.

Doch will vnd soll ich vorhero ewer Lieb vnd  
 Andacht ermahnet vnnnd gebetten haben / daß wo  
 sie villsicht etwas wisten / daß da ein Hinderung  
 oder Irrung seyn möchte dises gegenwärtigen Ver-  
 sprechens / vnnnd künftigen H. Sacraments der  
 Ehe / es sey Wort oder Werck / Freundschaft o-  
 der Gevatterschaft / Geistlich oder Weltlich / daß  
 sie mir dasselbig jekunder bey Gehorsamb der H.  
 Christlichen Kirchen wollen anzeigen.

**Quo finito, si nullum afferatur legitimum  
 impedimentum Sponsaliorum, quærat Sacer-  
 dos à sponso, si nomen nesciat, dicendo:**

**Wie heißt ihr?**

**Quo dicente N. denuò ab ipso petat,**

**N. Ich an statt Gott des Allmächtigen /**

Q q

frage

frage euch bey der Trew / die ihr schuldig seyt / ob  
ihr einiges Gelübt der Keuschheit gethan / oder sonst  
jemandts die Ehe versprochen / oder euch mit je-  
mandts anderem vermählet haben?

**Si respondeat:**

Nein Herr.

**Sacerdos quærat idem ex sponsa**

Wie heißt ihr?

**Quâ dicente N. similiter petat ab ipsa:**

**N.** Ich an statt Gott des Allmächtigen /  
frage euch bey der Trew / die ihr schuldig seyt / ob  
ihr einiges G. lübd der Keuschheit gethan / oder sonst  
jemandts die Ehe versprochen / oder euch mit je-  
mandts anderem vermählet haben?

**Quâ similiter respondente,**

Nein Herr.

**Rursus petat à sponso**

**N.** Verheisset ihr mir in beysenn aller diser  
guten Herren vnd Freunden / mit diser gegenwär-  
tigen **N.** nächster gebührlicher Zeit / so euch Gott /  
vnd die Christliche Kirch vergunnen wird / in der  
Ehe verknüpfft zu werden? So sprecht ja.

**Illo annuente, idem quærat à sponsa:**

**N.** Verheisset ihr mir in beysenn aller diser

guten

guten Herren vnd Freunden / mit disem gegenwärtigen **N.** nächster gebührlicher Zeit / so euch Gott / vnd die Christliche Kirch vergunnen wird / in der Ehe verknüpfft zu werden? So sprecht ja.

**Et illa etiam annuente, dicat Parochus hæc verba:**

Confirmet hoc Deus, quod operatus est in vobis, in Nomine Patris **✝**, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen.

**Deinde si visum fuerit, potest Sacerdos ipsis imprimis sponsis, postea parentibus, & consanguineis dexteram porrigere dicendo:**

Ich wünsche euch beyden versprochenen Personen / wie auch beydersents lieben Elteren / vnd ehrlichen Freundschaft von Gott dem Allmächtigen vil Glück / Heyl / vnd Wolsahrt.

**Postea Sacerdos poterit Sponsos admonere seorsim, ut non cohabitent, nec in eadem domo simul maneant, nisi aliquibus propinquis vel aliis presentibus, multo minus aliquid agant, quod sponsis non licet. Item instruat illos, quomodo se ad contrahendum matrimonium, & futuras nuptias in facie Ecclesie celebrandas præparare debeant, videlicet gratiam**

à Deo implorando, confitendo, & communicando.

Quod si aliquando probabilis fuerit suspicio, matrimonium malitiosè impediri posse, si denuntiationes à Concilio requisitæ fierent, ijs omissis Parochus duos vel tres testes adhibeat, & illis præsentibus sponfos genuflexos & invicem dexteras jungentes matrimonio de præsentibus conjugat sub hac formâ:

Matrimonium per vos de præsentibus contractum, ego autoritate, quâ in hac parte fungor, ratifico & confirmo, In Nomine Patris ✝, & Filij, & Spiritus sancti, Amen.

Deindè ante illius consumationem suppleat Parochus denuntiationes omissas, nisi aliter Ordinarius ipse judicaverit expedire, admoneatque conjuges, ut in Ecclesia benedictionem Sacerdotalem suscipiant, & ante consumationem matrimonij sua peccata confiteantur, & sacratissimam Eucharistiam suscipiant, observabitque omnia ea, quæ paulo post dicentur.



## DE SACRAMENTO MATRIMONIJ.

**P**arochus admonitus de aliquo matrimonio in sua Parochia contrahendo, primum quaedam cognoscat ex his, ad quos spectat, qui & quales sint, qui matrimonium contrahere volunt: &

Primo: An sint suæ vel alterius Parochiæ. matrimonia enim hodie aliter, quam presente proprio Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi vel Ordinarij licentiâ, & duobus vel tribus testibus contracta, irrita omnino sunt & nulla. Est autem proprius Parochus, qui interesse debet, is, cui contrahere volentes quoad parochiales functiones subsunt, sive vir, sive mulier.

Deinde: An inter eos sit aliquod canonicum impedimentum. Quæ autem talia sint, tum ex probatis Autoribus, tum præcipue ex Constit. Synodal. part. 1. tit. 16. de Matrim. & Impediment. Matrim. noscere poterit. Vt autem

Q q 3

faci-

facilius & melius ea innotescant. Parochus, antequam matrimonium contrahatur trinas ibidem præceptas denuntiationes diligenter præmittat, & illas nunquam omittat, ut cum nullo, cuiuscunque conditionis & status fuerit, dispenset, sine expressâ Ordinarij licentiâ, excepto casu, quo probabilis fuerit suspitio, matrimonium malitiosè impediri posse; tunc enim vel fiat una tantum denuntiatio, vel omisis denuntiationibus, ut supra iam dictum est, coram proprio Parocho & duobus vel tribus testibus matrimonium celebretur. Postea verò ante illius consumationem omisse denuntiationes in Ecclesia fiant, nisi aliter ab Ordinario iudicatum fuerit.

Si vir & mulier sint Parochia diverse, in utraque, si commodè fieri potest, fiant denuntiationes. quibus denuntiationibus factis, si nullum legitimum impedimentum opponatur, ad celebrationem matrimonij procedatur. Sed si quid obstat, ultra Parochus non procedat, sed ad Ordinarium pro declaratione rem deferat.

Has tamen denuntiationes Parochus facere non aggrediatur, nisi ipsi contrahentes petierint, & de utriusque libero consensu sibi bene constiterit.

Pos-

*Possunt autem fieri hoc vel simili modo germanicè.*

Zu dem heiligen Sacrament der Ehe haben sich versprochen N. vnd N. (*utriusquè nomen, cognomen, & Parochiam, seu locum exprimendo*) wann derowegen jemand's wäre / der etwas wüßte / daß ein Hinderung oder Irrung deß ermelten heiligen Sacraments der Ehe seyn möchte / es wäre Wort oder Werk / Freundschaft Geists / lich oder Weltsch / der wird hiemit ermahnet / vnd ihme gebotten / solches bey Gehorsambe / so er der heiligen Christlichen Catholischen Kirchen zu leisten schuldig / auff's baldist anzuzeigen. Vnd ist diß die erste (*si primâ*) andere oder dritte (*si secundâ vel tertiâ vice*) Verkündigung.

*Prætereà cognoscat: Vtrum spontè & liberè, & secundum honestatem Sacramenti velint contrahere. Moneat proptereà Parochus coniuges, ut antequam contrahant sua peccata diligenter confiteantur, & ad sanctissimam Eucharistiam, atquè ad Matrimonij Sacramentum suscipiendum piè accedat, & quomodo in eo rectè & Christiane conversari & matrimonio licitè uti possint, & debeant, diligenter instruantur ex divina Scriptura, exemplo Tobia & Sara, verbisq; An-*

ge

geli Raphaëlis eos edocentis, quam sanctè coniuges debeant convivere.

*Insuper*: Vtrum sint in atate legitima; ut vir saltem quatuordecim, mulier verò duodecim annos expleverit: Et An uterque sciat rudimenta Fidei, cum ea deinde filios suos docere debeant: illos enim, qui hæc ignorant, tam diu à contrahendo matrimonio Parochus retardet, donec ea addidicerint.

Ad hæc caveat Parochus, ne ad contrahendum matrimonium admittat vagos Et peregrinos, Et qui incertas habent sedes: neque item eos, qui antea coniugati fuerant, Et de quorum alterutrius morte legitime non constat; uti sunt uxores militum, vel captivorum, vel aliorum qui peregrinantur (idem intelligendo de maritis) nisi diligenter de ijs omnibus facta sit inquisitio, Et res ad Ordinarium delata, ab eoq; habita de eiusmodi matrimonio celebrando licentiâ.

Matrimonium in Ecclesia ipsa, Et nullo alio in loco absq; Ordinary licentiâ inscriptis concessa celebrandum est; si verò domi ob rationabilem suspicionem malitiosæ impeditiõnis presente Parocho Et testibus celebratum fuerit, sponsi veniant ad Ecclesiam, benedictionem accepturi, Et

tunc

tunc caveat Sacerdos, ne iterum à contrahentibus consensum exigat; sed tantum benedictionem illis conferat, celebratâ Missa, ut infra habetur.

Postremò meminerit Parochus, à Dominica prima Adventus usq; ad diem Epiphania, & à Feria quarta Cinerum usq; ad Octavam Pasche inclusivè, solemnitates nuptiarum prohibitas esse; ut nuptias benedicere, sponsam traducere, nuptialia celebrare convivia. Matrimonium autem omni tempore contrahi potest. Nuptia verò quâ decet modestiâ & honestate fiant: sancta enim res est matrimonium, sanctèquè tractandum.

Qua omnia ferè ex ipsis Sacri Concilij Tridentini decretis ac Constitutio. Synod. cita. loc. desumpta, & item alia quæ ibi de matrimonioritè celebrando præcipiuntur, sæpius à Parochis sunt legenda & relegenda, ac perquam diligenter servanda.



Rr

RI



RITUS  
CELEBRANDI MATRI-  
MONIJ SACRAMENTUM.

**P**rochus matrimonium celebraturus, publicationibus factis tribus diebus Fests, ut dictum est, si nullum obstat legitimum impedimentum, postquam Sponsus & Sponsa ante Sacrum, cui ab initio ad finem usque intererunt, à suis parentibus vel propinquis ad Ecclesiam solemniter deducti, sub Officio divino, seu Missa bis præeunte ædituo, semel sub Kyrie, deinde sub Offertorio, Altare eodem ordine, quo ad templum venerunt, circumeuntes oblationem fecerint, & finitâ totâ Missâ ad Altare deducti fuerint, ipse depositâ Casulâ seu Planetâ cum Manipulo, Albâ vel saltem superpelliceo, aut veste choralî, & stolâ albi coloris indutus, adhibito aliquo Clerico, vel ædituo superpelliceo pariter

induto, qui librum hunc, & vas Aquæ benedictæ cum aspersorio deferat, coram duobus, aut tribus, vel pluribus testibus in supremo Altaris gradu subsistens, & se ad sponsum & sponsam vertens, legit super eos sequens Evangelium, licet jam fuerit dictum in fine Missæ, dicendo:

*V.* Dominus vobiscum.

*R.* Et cum spiritu tuo.

Signando librum, & se in fronte, ore & pectore sancta **✝** Cruce.

Initium sancti Evangelij secundum Ioannem.

*R.* Gloria tibi Domine.

**I**N principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat, & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lu-  
cet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Io-  
annes. Hic venit in testimonium, ut testimo-

\* Hiege-  
nusecti-  
tur ver-  
sus Alta-  
re.

nium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat Lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit. In propria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. \* Et Verbum caro factum est, & habitavit in nobis: & vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis.

*Quo finito sic alloquatur adstantes.*

**A** Bedächtige in Christo dem Herren / demnach di-  
se zwey gegenwärtige Personen / nämlich **N.**  
vnd **N.** mit wol bedachtem Gemüt / vnnnd zeitli-  
gem Rath entschlossen / die Zeit ihres Lebens ehelich  
bey einander / nach Christlicher Ordnung / zu ver-  
schliessen / vnd auch darüber öffentlich / wie breuch-  
lich / ab der Kanzel verkündt / vnnnd kein Hindernuß /  
so ihr fürnehmen möchte wunden / erfunden ist wor-

den

den/ vnd nun auch jekund hie in Angesicht der Christlichen Kirchen / nach alter Catholischer Ordnung/ in das löblich vnd ehrwürdige Sacrament der H. Ehe begehrend bestettiget zu werden/ so will ich nur/ nach Erforderung meines tragenden Ampts / in e/ wer aller Gegenwartigkeit / dasselbig/ wie billich/ verrichten. Ist aber nachmals jemandes hie gegenwärtig vorhanden / der was wisse / daß da sey ein Hinderung oder Irrung des ermelten heiligen Sacraments der Ehe/ es sey Wort oder Werck/ Freundschaftte Geistlich oder Weltlich / dem gebiet ich bey der Gehorsamb / der heiligen Christlichen Kirchen/ daß er das offenbahre/ zum ersten/ zum anderen/ wie auch zum dritten mahlt.

**Hic paulisper expectet, an quis hoc nomine comparere velit. Deinde pergat dicendo.**

Die weil dann niemands vorhanden / der eini/ ge Hinderung des H. Sacraments der Ehe wisse/ noch anzeige / so helffen mir vollbringen ein Werck der heiligen Barmherzigkeit / vnd Bitt den Allmächtigen demüthiglich anruffen / vnd bitten/ daß er disen gegenwärtigen angehenden Eheleuten sein Göttliche Gnad verleihen/ vnd mittheilen wöl/ le/ zu einem guten Anfang/ besseren Mittel/ vnd see/

ligen End., Vnd daß sie in dem heiligen / löblichen /  
vnd ehrwürdigen Sacrament der Ehe / nach seinem  
Göttlichen Willen also ihr Leben vollführen / damit  
sie nach disem zergenglichen / besitzen mögen das ewi-  
ge Leben. Dises ihnen von dem Allmächtigen Gott  
zu erwerben / wöllen wir sprechen ein andächtiges  
Vatter vnser / vnd Englischen Gruß.

*Hic flectat Sacerdos cum astantibus genua,  
& dicat orationem Dominicam, cum salutati-  
one Angelica. Quibus ritè peractis surgat, ac-  
cedat sponsum, & sponsam in infimo Altaris  
gradu genuflectentes, interrogetq; primò spon-  
sum, si nomen nesciat, dicendo:*

Wie heißt ihr?

*Quo respondente N. dicat.*

*N.* Ich frag euch an statt des Allmächtigen  
Gottes ob ihr einiges Gelübd der Keuschheit ge-  
than / oder sonst jemandts die Ehe versprochen / oder  
euch mit jemandts anderem vermählet haben?

*Quo respondente:*

Nein Herr.

*Idem petat à sponsa.*

Wie heißt ihr?

*Quà respondente N. petat etiam ab ipsa.*

*N. Ich*

**N.** Ich frage euch an statt des Allmächtigen Gottes / ob ihr einiges Gelübt der Keuschheit gethan / oder sonst jemandts die Ehe versprochen / oder euch mit jemandts anderem vermählet haben?

**Quà similiter respondente:**

Nein.

**Sic pergat, & petat ab utraqùe persona de consensu in matrimonium, ac primùm à sponso.**

**N.** Ich frage euch widerumb / wie zu vor / ob es nun ewer freyer / ungezwungner / vnd ongetrungner Will sey / dise gegenwärtige **N.** nach Gottes Ordnung / vnd Einsatzung für ewer ehelichs Weib anzunehmen?

**Respondeat sponfus:**

Ja Herz.

**Mox Sacerdos interroget etiam sponsam.**

**N.** Ich frage euch auch widerumb / ob es nun ewer freyer / ungezwungner / vnd ongetrungner Will sey / disen gegenwärtigen **N.** nach Gottes Ordnung für ewern ehelichen Mann anzunehmen?

**Quasi militer respondeat:**

Ja Herz.

**Ambobus itaque sic expressè vel verbis, vel aliquo alio signo sensibili, sive per se, sive**

**per**

per procuratorem consentientibus ( nec enim sufficit consensus unius tantum ) jubeat Sacerdos eos invicem jungere dexteras , ac matrimonialiter eos conjungat verbis subsequentibus.

**M**atrimonium per vos contractum secundum ordinem sanctæ Matris Ecclesiæ ego auctoritate , qua in hac parte fungor , ratifico , confirmo , & benedico ; In nomine Patris ✠ , & Filij , & Spiritus sancti , Amen.

Mox Sacerdos benedicat arrham , vel anulum super Altare positum , si quem sponsi habeant benedicendum : Si verò nihil habeant benedicendum , statim sponso sponsam secretè commendet ut infra , dicendo : *Ich befehle / r.*

### BENEDICTIO ANNULLI.

☩. Adjutorium nostrum in nomine Domini. *r.* Qui fecit cælum , & terram. ☩. Domine exaudi orationem meam. *r.* Et clamor meus ad te veniat. ☩. Dominus vobiscum. *r.* Et cum spiritu tuo. **O**remus :

**B**enedic ✠ , quæsumus Domine , anulum istum , quem nos in tuo nomine benedicimus ✠ , ut quæ eum portaverit , in tua

pace, & voluntate permaneat, atque in mutua charitate semper vivat, & multiplicetur in longitudine dierum. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

*Si sint duo annuli benedicendi, præcedens oratio dicitur in numero plurali.*

*Deinde Sacerdos aspergat annulum aqua benedicta in modum Crucis nihil dicens.*

### BENEDICTIO ARRHÆ.

*¶.* Adjutorium nostrum in nomine Domini. *R.* Qui fecit cælum, & terram. *¶.* Domine exaudi orationem meam. *R.* Et clamor meus ad te veniat. *¶.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo. **O**remus.

**B**enedic **+** Domine has arrhas, quas hodie tradit famulus tuus in manum ancillæ tuæ, & dilectæ sponsæ suæ, quemadmodum benedixisti Abraham cum Sara, Isaac cum Rebecca, Jacob cum Rachel, dona super eos gratiam tuæ benedictionis, abundantiam rerum, & constantiam operum, florescant sicut rosa in Iericho plantata, & te Dominum nostrum Iesum Christum timeant, & adorent, in sæcula sæculorum. Amen.

Ss

Ore-

O remus.

**D**omine Deus, omnipotens Pater, qui in similitudinem sancti connubij, Isaac cum Rebecca per intercessionem arrharum Abrahamæ famuli tui, copulare iussisti, ut oblatione munerum, numerositas cresceret filiorum, quæsumus omnipotentiam tuam, ut harum oblatione arrharum, quas hodiè hic famulus tuus dilectæ sponsæ suæ offerre procurat, sanctificator accedas, eosquè cum suis muneribus benedicas ✠, quatenus tua benedictione ✠ protecti, & vinculo tuæ liberationis connexi, gaudeant se foeliciter cum tuis fidelibus perenniter mancipari. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

*Mox Sacerdos arrham aspergat aquâ benedicta in modum Crucis nihil dicens.*

*Deinde sponsus accipit arrham de manu Sacerdotis, & tradit sponsæ, vel anulum, quem imponit in digito annulari sinistrae manus sponsæ, Sacerdote dicente,*

*In nomine Patris ✠, & Filij, & Spiritus sancti, Amen. mox subjungit, v. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis. R. A tem-*

plo

templo sancto tuo, quod est in Ierusalem. **Kyrie** eleison. **Christie** eleison. **Kyrie** eleison. **Pater** noster, &c. **Ps.** Et ne nos inducas intensionem. **R.** Sed libera nos à malo. **Ps.** Salvos fac servos tuos. **R.** Deus meus sperantes in te. **Ps.** Mitte eis Domine auxilium de sancto. **R.** Et de Sion tuere eos. **Ps.** Esto eis Domine turris fortitudinis. **R.** A facie inimici. **Ps.** Domine exaudi orationem meam. **R.** Et clamor meus ad te veniat. **Ps.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Oremus.

**R**espice, quæsumus Domine, super hos famulos tuos, & institutis tuis, quibus propagationem humani generis ordinasti, benignus assiste, ut qui te auctore junguntur, te auxiliante serventur. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

His expletis Sacerdos sponso sponsam secretè commendet verbis sequentibus: quod idem facit, statim peractà copulatione, quando etiam sponsi anulum vel arrham benedicendam non habent, ut supra dictum.

**M.** Ich besich euch auß dem Befelch Gottes des Allmächtigen / daß ihr diser **M.** ewerer Ehelichen

Ss 2

chen

ehen Haußfrawen getrewlich vorstehen / vnd sie / als eweren eignen Leib / ernehren / vnd verwalten / ihr auch eheliche Treu / vnd Glauben halten / vnd wie Christus sein Kirch geliebet / auch sie lieben wöllend / Also daß euch beyde nichts anders scheide / dann allein der Todt.

*Postea conversus ad sponsam, sic illi sponsum commendat.*

**N.** Ich besich euch auß dem Befelch Gottes / daß ihr diesem **N.** eweren ehelichen Mann / mit ehelicher Treu / Glauben / vnd Lieb vnderthenig seyn / ihme Gehorsam / Ehr / vnd Hilff erzeigen wöllent / gleich wie die Kirch Christo ihrem Haupt vnderthenig ist / Also daß euch beyde nichts anders scheide / dann allein der Todt.

**I**c notandum; si sunt primæ nuptiæ, benedicat eas subsequenti benedictione. Si vero sunt secundæ nuptiæ, nullo modo sunt benedicendæ, & Sacerdos benedicens nuptias, quas non debet, graviter peccat, & est puniendus. Cap. 1. de secundis nuptiis. Sed statim porrigitur sponso & sponsæ liber de osculandus; & asperguntur cum populo aqua benedicta.

Item

Item si vnus ex conjugibus sive vir, sive mulier fuit aliàs benedictus in alio matrimonio, non debet benedictio repeti; imò debet omnino omitti, quia vnus sine alio non debet benedici, ut notatur in c. Vir autem. e. ti. & per Hostien. in in summa. Dicit tamen Hostien. quòd duo bigami contrahentes secundò, qui nunquam fuerunt benedicti, possunt benedici.

## BENEDICTIO NUPTIARUM.

Oremus.

**D**eus, qui potestate virtutis tuæ, de nihilo cuncta creasti: qui dispositis universitatis exordijs, homini ad imaginem Dei facto, ideò inseparabile mulieris adiutorium contulisti, ut fœmineo corpori de virili carne dares principium, docens quod ex uno placuisset institui, nunquam licere disjungi: Deus, qui tam excellenti mysterio conjugalem copulam consecrasti; ut Christi, & Ecclesiæ Sacramentum præsignares in fœdere nuptiali. Deus per quem mulier coniungitur viro, & societas principaliter ordinata, ea benedicti-

one donatur, quæ sola nec per originalis peccati pœnam, nec per diluvij est ablata sententiam: Respice propitius super hanc famulam tuam, quæ maritali iungenda consortio, tua se expedit protectione muniri: sit in ea iugum dilectionis, & pacis: fidelis & casta nubat in Christo, imitatrix sanctarum permaneat foeminarum: sit amabilis viro suo, ut Rachel: sapiens, ut Rebecca: longæva & fidelis, ut Sara: nihil in ea ex actibus suis ille auctor prævaricationis usurpet: connexa fidei, mandatisquè Dei permaneat: viri thoro iuncta, contactus illicitos fugiat: muniat infirmitatem suam robore disciplinæ: sit verecundia gravis, pudore venerabilis, doctrinis cælestibus erudita; sit foecunda in sobole; sit probata & innocens; ut ad beatorum requiem, atquè ad cælestia regna perveniat: & videant ambo filios filiorum suorum usquè in tertiam & quartam progeniem: & ad optatam perveniant senectutem. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum vivit & regnat in vnitate spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum, ✠. Amen.

Ore-

Oremus.

**Q**uæsumus omnipotens sempiterne Deus, instituta providentiæ tuæ pio favore prosequere: ut quos legitima societate connectis, longæva pace custodias. Per Christum Dominum nostrum, *R.* Amen.

**B**enedicat *+* vos Pater, & *+* Filius, & Spiritus *+* sanctus; qui trinus est in personis, & vnus in essentia. Ille multiplicet semen vestrum, & augeat incrementa frugum iustitiæ vestræ, ut cum iustis, & Deum timentibus securi astare mereamini in die Domini: qui vivit, & regnat Deus in sæcula sæculorum. *R.* Amen.

**D**eus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus, qui est trinus & vnus, sit vobiscum: & ipse conjungat vos, impleatque benedictionem *+* suam in vobis; Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Et benedictio Dei Patris *+*, & Filij, & Spiritus sancti descendat super vos, & maneat semper, *R.* Amen.

*Pocà* si Sacerdos porrigat sponso, & sponse librum de osculandum, & aspergat eos aqua benedi-

nedi-

nedicta cum populo, ac deniq; diligenter in-  
scribat in libro ad hoc specialiter deputato no-  
mina tam ipsorum matrimonium contra-  
hentium, & testium, quàm præmissa-  
rum denuntiationum, quoq; om-  
nia die, mense & anno per-  
acta fuerint.



DE BENEDICTIONIBUS  
Regulæ generales.

**N**overit Sacerdos, quarum rerum benedictiones ad ipsum, & quæ ad Episcopum suo jure pertineant, ne majoris dignitatis munera temerè aut imperitè unquam usurpet propria autoritate.

In omni benedictione extra Missam, Sacerdos saltem superpelliceo, vel veste choralis, & stola pro ratione temporis utatur, nisi aliter in Missali Romano notetur.

Stando semper benedicat, & aperto capite.

In principio cujusquæ benedictionis dicat. *Ps.* Adjutorium nostrum in nomine Domini. *Ps.* Qui fecit cælum & terram. deinde dicatur Oratio propria una, vel plures, prout suo loco notatum fuerit.

Postea rem aspergat aquâ benedictâ; & ubi notatum fuerit, pariter incenset, nihil dicendo.

Cum Sacerdos aliquid benedicturus est, habeat ministrum cum vase Aquæ benedictæ, & aspergillo, & cum hoc Rituali, vel Benedictionali libro, seu Missali.

Caveat, ne benedictionis causa ponat aliquid indecens super altare, veluti esculenta & similia: sed quod ejusmodi est, ponatur super mensam commodo loco paratam.

Ordo faciendi Aquam benedictam in diebus Dominicis, & quodocunque opus fuerit, quam Christi fideles in vasculis suis solent accipere, & secum deferre ad aspergendos ægros, domos, agros, vineas, & alia, & ad

T t

cam

eam habendam in cubiculis suis, ut ea quotidie, & sæpius aspergi possint, habetur supra fol. 1. & in fine Missalis Romani.

### Benedictio domorum in Sabbato sancto Paschæ.

**V**bi viget consuetudo, in Sabbato sancto Paschæ domos aqua benedicta aspergendi, Parochus, seu alius Sacerdos superpelliceo & stola alba indutus cum ministro deferente vas aquæ ex benedictione Fontium ante perfusionem Chrismatis & Olei sacri acceptæ, visitat domos suæ Parochiæ, aspergens eas eadem Aqua benedicta. Ingrediens domum dicit: Pax huic domui, & omnibus habitantibus in ea.

Deinde aspergens loca præcipua domus, & eos qui habitant in ea, dicit Antiphonam: Vidi aquam egredientem de templo à latere dextro, alleluja: & omnes, ad quos pervenit aqua ista, salvi facti sunt, alleluja, alleluja. **Psalmus.** Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in læculum misericordia ejus. **Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat, &c. Repetitur Antiph.** Vidi aquam, &c. **Deinde dicit,** **Ps.** Ostende nobis Domine misericordiam tuam, alleluja. **Ps.** Et salutare tuum da nobis, alleluja. **Ps.** Domine exaudi orationem meam. **Ps.** Et clamor meus ad te veniat. **Ps.** Dominus vobiscum. **Ps.** Et cum spiritu tuo. **Oremus.**

**E**xaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, & sicut domos Hebræorum in exitu de Ægipto agni sanguine linitas (quod Pascha nostrum, in quo immolatus est Christus, figurabat) ab Angelo percutiente custodisti: ita mittere digneris sanctum Angelum tuum de cælis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per eundem Christum Dominum nostrum. **Ps.** Amen.

¶ **Alia**

¶ *Alia benedictio domorum alio tempore facienda cum aspersione Aquæ benedictæ.*

**P**rochus, seu alij Sacerdotes volentes aliquam particularem domum, vel generaliter domos fidelium alio tempore infra annum aspergere Aqua benedicta, ingredientes domum dicant: Pax huic domui, & omnibus habitantibus in ea. **Deinde loca aspergendo dicant Añam**, Asperges me Domine hyssopo, & mundabor: lavabis me, & super nivem dealbabor. **Psalm. 50.** Misere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam. **Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat, &c. & repetitur Antiphona, Asperges me Domine, &c.**  
 ✠. Domine exaudi orationem meam. **R.** Et clamor meus ad te veniat. **V.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

**Oremus.**

**Oratio.**

**E**xaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: & mittere digneris sanctum Angelum tuum de cælis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum.  
**R.** Amen.

### Benedictio communis super fruges & vineas.

✠. Adjutorium nostrum in nomine Domini. **R.** Qui fecit cælum & teram. **V.** Domine exaudi orationem meam. **R.** Et clamor meus ad te veniat. **V.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

**Oremus.**

**O** Ramus pietatem tuam omnipotens Deus, ut has primitias creaturæ tuæ, quas aeris & pluriæ temperamento nutrire dignatus es, benedictionis ✠ tuæ imbri perfundas; & fructus terræ tuæ usque ad maturitatem perducas. Tribuas quoque populo tuo de tuis muneribus tibi semper gratias agere, ut a fertilitate terræ esurientium animas bonis affluentibus repleas, & egenus & pauper laudent nomen gloriæ tuæ. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen. **Et aspergat eas Aqua benedicta.**

T t 2

¶ Bene-

¶ **Benedictio candelarum extra diem Purificationis B. Mariæ Virginis. Item benedictiones Loci; Domus novæ; Thalami; novæ Navis; Esculentorum præsertim in Pascha, veluti Agni Paschalis; Ovorum; Panis; novorum Fructuum, & ad quodcumque comestibile, habentur in fine Missalis Romani.**

¶ **Benedictiones lardi, & super caseos habentur in antiquo Benedictionali Ecclesiæ & Diocesis Constantiensis fol. 190.**

¶ **Benedictio vini in Festo S. Ioannis Evangelistæ habetur in eodem Benedictionali fol. 7: ubi notandum, quod finita benedictione, vinum aspergendum sit Aqua benedicta, & thurificandum, antequam tradatur populo ad bibendum.**

¶ **Benedictio Panis, aliarumque rerum in Festo S. Agathæ Virg. & Mart. contra ignis periculum, habetur in eodem Benedictionali fol. 223.**

¶ **Benedictio Herbarum in Festo Assumptionis B. Mariæ Virginis, requiratur in eodem Benedictionali fol. 220.**

¶ **Benedictiones Candelarum in Festo Purificationis B. V. M. Cinerum, Psalmarum & Fontis Baptismalis tam in Sabbato sancto Paschæ quàm Pentecostes, habetur quæq; proprio loco in Missali Romano.**

### Benedictio peregrinorum ad loca sancta prodeuntium.

**P**eregrini ad loca sancta profecturi, antequam discedant, juxta veteris Ecclesiæ institutum, deberent accipere patentes seu commendatitias ab Ordinario, seu à Parocho. Quibus obtentis, & rebus suis dispositis, facta peccatorum suorum confessione, & audita Missa, in qua dicitur Oratio pro peregrinantibus, sanctissimam Eucharistiam devotè suscipiant. Expleta Missa, Sacerdos super eos genuflexos dicit sequentes Preces. **Añã. In viam pacis. Canticum, Benedictus Dominus Deus Israël, &c. ut supra fol. 294. in fine Gloria Patri. Repetitur Antiph. In viam pacis & prosperitatis dirigat vos omnipotens & misericors Domi-**

nus:

Deus: & Angelus Raphaël comitetur vobiscum in via, ut cum pace, salute, & gaudio revertatis ad propria. **Kyrieleyson. Christeleyson. Kyrieleyson. Pater noster, &c.** *Ps.* Et ne nos inducas in tentationem. *R.* Sed libera nos à malo. *Ps.* Salvos fac servos tuos. *R.* Deus meus sperantes in te. *Ps.* Mitte eis Domine auxilium de sancto, *R.* Et de Sion tuere eos. *Ps.* Esto eis Domine turris fortitudinis. *R.* A facie inimici. *Ps.* Nihil proficiat inimicus in eis. *R.* Et filius iniquitatis non apponat nocere eis. *Ps.* Benedictus Dominus die quotidie. *R.* Prosperum iter faciat nobis Deus salutarium nostrorum. *Ps.* Vias tuas Domine demonstra nobis. *R.* Et semitas tuas edoce nos. *Ps.* Utinam dirigantur viæ nostræ. *R.* Ad custodiendas justificationes tuas. *Ps.* Erunt prava in directa. *R.* Et aspera in vias planas. *Ps.* Angelis suis Deus mandavit de te. *R.* Ut custodiant te in omnibus vijs tuis. *Ps.* Domine exaudi orationem meam. *R.* Et clamor meus ad te veniat. *Ps.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Oratio.

**D**eus, qui filios Israel per maris medium sicco vestigio ire fecisti, quiq; tribus Magis iter ad te stella duce pandisti: tribue eis, quæsumus, iter prosperum, tempusque tranquillum: ut Angelo tuo sancto comite, ad eum, quò pergunt locum, ac demum ad æternæ salutis portum feliciter valeant pervenire.

**D**eus, qui Abraham puerum tuum de Vr Chaldeorum eductum, per omnes suæ peregrinationis vias illæsum custodisti: quæsumus, ut hos famulos tuos custodire digneris: esto eis Domine in procinctu suffragium, in via solatium, in æstu umbraculum, in pluvia & frigore tegumentum, in lassitudine vehiculum, in adversitate præsidium, in lubrico baculus, in naufragio portus: ut te duce quò tendunt, prosperè perveniant, & demum incolumes ad propria revertantur.

**A**desto, quæsumus Domine, supplicationibus nostris: & viam famulorum tuorum in salutis tuæ prosperitate dispone: ut

inter omnes viæ & vitæ hujus varietates, tuo semper protegantur auxilio.

**P**ræsta, quæsumus omnipotens Deus: ut familia tua per viam salutis incedat, & beati Ioannis Præcursoris hortamenta sectando, ad eum, quem prædixit, secunda perveniat Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum.

**E**xaudi Domine preces nostras, & iter famulorum tuorum propitius comitare, atque misericordiam tuam, sicut ubique es, ita ubique largire, quatenus à cunctis adversitatibus tua opitulatione defensi, gratiarum tibi referant actionem. Per Christum Dominum nostrum. *℞.* Amen. *Pax & benedictio* **✠** Dei omnipotentis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti descendat super vos, & maneat semper. Amen. *Deinde aspergantur Aqua benedicta.*

*Quod si unus fuerit peregrinaturus, omnia dicuntur in numero singulari; ac si Sacerdos ipse, qui benedicit, fuerit socius peregrinationis, dicat in persona prima numeri pluralis, quatenus congruere videbitur.*

**¶** *Benedictio peregrinorum post reditum.*

*℞.* Adjutorium nostrum in nomine Domini. *℞.* Qui fecit cælum & terram. *Antiphona.* Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum. *Psalmus. 127.*

**B**eati omnes qui timent Dominum, \* qui ambulant in vijs ejus. **L**abores manuum tuarum quia manducabis: \* beatus es, & bene tibi erit.

**V**xor tua sicut vitis abundans, \* in lateribus domus tuæ.

**F**ilij tui sicut novellæ olivarum, \* in circuitu mensæ tuæ.

**E**cce sic benedicetur homo, \* qui timet Dominum.

**B**enedicat tibi Dominus ex Sion: \* & videas bona Ierusalem omnibus diebus vitæ tuæ.

**E**t videas filios filiorum tuorum, \* pacem super Israël.

**G**loria Patri, &c.

*Ant.*

**Antiphona.** Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum. **K** yrieleison. **C**hriste eleison. **K** yrieleison. **P**ater noster, &c. **℣.** Et ne nos inducas in tentationem. **℞.** Sed libera nos à malo. **℣.** Benedicti qui veniunt in nomine Domini. **℞.** Benedicti vos à Domino, qui fecit cælum & terram. **℣.** Respice Domine in servos tuos, & in opera tua. **℞.** Et dirige eos in viam mandatorum tuorum. **℣.** Domine exaudi orationem meam. **℞.** Et clamor meus ad te veniat. **℣.** Dominus vobiscum. **℞.** Et cum spiritu tuo.

**O**remus.

**L**argire, quæsumus Domine, famulis tuis indulgentiam placatus & pacem: ut pariter ab omnibus mudentur offensis, & secuta tibi mente deserviant.

**O**mnipotens sempiternæ Deus, nostrorum temporum, vitæque dispositio, famulis tuis continuæ tranquillitatis largire subsidium, ut quos incolumes proprijs laboribus reddidisti, tua facias protectione securos.

**D**eus humilium visitator, qui nos fraterna dilectione consolatoris, præterite societati nostræ gratiam tuam, ut per eos, in quibus habitas, tuum nobis sentiamus adventum. Per Dominum nostrum, &c.

**Deinde aspergantur Aqua benedicta à Sacerdote dicente:**

**Pax & benedictio** **✠** Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus sancti, descendat super vos, & maneat semper. Amen.

**Benedictiones ab Episcopis, vel alijs facultem habentibus faciendæ.**

**¶ Benedictio novæ Crucis,**

**℣.** Adjutorium nostrum in nomine Domini. **℞.** Qui fecit cælum & terram. **℣.** Domine exaudi orationem meam. **℞.** Et clamor meus ad te veniat. **℣.** Dominus vobiscum. **℞.** Et cum spiritu tuo.

**O**re-

O remus.

**R**ogamus te, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: ut digneris bene ✠ dicere hoc signum Crucis tuæ, ut sit remedium salutare generi humano; sit soliditas fidei, profectus bonorum operum, redemptio animarum, sit solamen & protectio, ac tutela contra sæva jacula inimicorum. Per Christum Dominum nostrum. *℞.* Amen. O remus.

**B**ene ✠ dic Domine Iesu Christe hanc Crucem tuam, per quam eripuisti mundum à potestate dæmonum, & superasti passione tua suggestorem peccati, qui gaudebat in pravariatione primi hominis per ligni vetiti sumptionem. *Hic aspargat Aqua benedicta.* Sanctificetur hoc signum Crucis in nomine Patris ✠, & Filij ✠, & Spiritus ✠ sancti, ut orantes inclinantesque se propter Dominum ante istam Crucem, inveniant corporis & animæ sanctitatem. Per Christum Dominum nostrum. *℞.* Amen.

*Postea Sacerdos genuflexus ante Crucem devotè adorat, & osculatur, & idem faciunt quicumque voluerint.*

### Benedictio Imaginum IESV Christi Domini nostri, B. virginis Mariæ, & aliorum Sanctorum.

*℞.* Adjutorium nostrum in nomine Domini. *℞.* Qui fecit cælum & terram. *℞.* Dominus vobiscum. *℞.* Et cum spiritu tuo. O remus. *Oratio.*

**O**mnipotens sempiternæ Deus, qui Sanctorum tuorum imagines (sive effigies) sculpi aut pingi non reprobas, ut quoties illas oculis corporeis intuemur, toties eorum actus & sanctitatem ad imitandum memoria oculis meditemur: hanc, quæsumus, imaginem (seu sculpturam) in honorem & memoriam unigeniti Filij tui Domini nostri IESV Christi (vel beatissimæ

simæ

simæ virginis Mariæ Matris Domini nostri IESV Christi, *vel* beati *N.* Apostoli tui, *vel* Martyris, *vel* Confessoris, *aut* Pontificis, *aut* Virginis) adaptatam bene *✠*dicere & sancti *✠*ficare digneris: & præsta, ut quicumquè coram illa unigenitum Filium tuum (*vel* beatissimam Virginem, *vel* gloriosum Apostolum, *sive* Martyrem, *sive* Confessorem, *aut* Virginem) suppliciter colere & honorare studuerit, illius meritis & obtentu à te gratiam in præsentem, & æternam gloriam obtineat in futurum. Per eundem Christum Dominum nostrum. *℞.* Amen.

*Ultimo aspergat Aqua benedicta.*

*Reliquæ benedictiones ab Episcopis vel alijs facultatem habentibus faciendæ, habentur in fine Missalis Romani.*

Ritus benedicendi, & imponendi primarium lapidem pro Ecclesia ædificanda, servandus à Sacerdote facultatem habente ab Episcopo.

**E**ccliam ex Episcopi auctoritate tantum, juxta sacrorum Canonum decreta, ædificari fas est. Si verò Sacerdos eius ædificationis primarium lapidem benedicendi potestatem habens, ejusmodi functionem peragat, hunc ritum servabit.

Pridie quàm primarius lapis benedicatur, ligneam Crucem in loco, ubi debet esse Altare, figat ipse, vel alius Sacerdos. Sequenti verò die lapis in Ecclesiæ fundatione ponendus, qui debet esse quadratus, & angularis, benedicatur hoc modo.

Sacerdos indutus amictu, alba, cingulo, stola & pluviali albi coloris, adhibitis aliquot Sacerdotibus & Clericis, saltem & aquam benedicit, nisi prius in promptu habeat jam benedictam, ordinaria benedictione ut supra fol. *r.* *vel* in fine Missalis Romani, & interim dum cantatur à Clericis Antiphona cum Psalmo sequenti, aspergit locum, ubi Crux posita est, cum Aqua benedicta.

V u

Ant.

**Antiphona.** Signum salutis pone Domine Iesu Christe in loco isto, & non permittas introire angelum percutientem.

**Psalms 83.**

**Q**uam dilecta tabernacula tua Domine virtutum! \* concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini.

**C**or meum & caro mea \* exultaverunt in Deum vivum.

**E**tenim passer invenit sibi domum: \* & turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

**A**ltaria tua Domine virtutum: \* Rex meus & Deus meus.

**B**eati, qui habitant in domo tua Domine: \* in secula seculorum laudabunt te.

**B**eatus vir, cujus est auxilium abs te: \* ascensiones in corde suo disposuit, in valle lacrymarum, in loco quem posuit.

**E**tenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem: \* videbitur Deus deorum in Sion.

**D**omine Deus virtutum exaudi orationem meam: \* auribus percipe Deus Iacob.

**P**rotector noster aspice Deus: \* & respice in faciem Christitui.

**Q**uia melior est dies una in atrijs tuis \* super millia.

**E**legi abjectus esse in domo Dei mei: \* magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

**Q**uia misericordiam & veritatem diligit Deus: \* gratiam & gloriam dabit Dominus.

**N**on privabit bonis eos, qui ambulant in innocentia: \* Domine virtutum, beatus homo, qui sperat in te.

**G**loria Patri, & Filio.

**Finis Psalms, Sacerdos versus ad locum per eum aspersum dicit:**

**O**remus.

**D**omine Deus, qui licet celo & terra non capiaris, domum tamen dignaris habere in terris, ubi nomen tuum jugiter invocetur: locum hunc, quæsumus, beatæ Mariæ semper Virginis, & beati **Nic** nominando **Sanctum vel Sanctam, in**

cujus

**cujus honorem ac nomen fundabitur Ecclesia**) omniumq; Sanctorum intercedentibus meritis, sereno pietatis tuæ intuitu visita, & per infusionem gratiæ tuæ ab omni inquinamento purifica, purificatumque conserva; & qui dilecti tui David devotionem in filij sui Salomonis opere complevisti, in hoc opere desideria nostra perficere digneris; effugiantque omnes hinc nequitia spirituales. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. **R. Amen.**

**Postea stans benedicit primum lapidem, dicens: V.** Adjutorium nostrum in nomine Domini. **R.** Qui fecit cælum & terram. **V.** Sit nomen Domini benedictum. **R.** Ex hoc nunc & usque in sæculum. **V.** Lapidem, quem reprobraverunt ædificantes. **R.** Hic factus est in caput anguli. **V.** Tu es Petrus. **R.** Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. **V.** Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, **R.** Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

## Oremus.

**D**omine IESU Christe Fili Dei vivi, qui es verus omnipotens Deus, splendor & imago æterni Patris, & vita æterna, qui es lapis angularis de monte sine manibus abscissus, & immutabile fundamentum, hunc lapidem collocandum in tuo nomine confirma, & tu, qui es principium & finis, in quo principio Deus Pater ab initio cuncta creavit, sis, quæsumus, principium, & incrementum, & consummatio ipsius operis, quod debet ad laudem & gloriam tui nominis inchoari. Qui cum Patre & Spiritu sancto vivis & regnas Deus per omnia sæcula sæculorum. **R. Amen.**

**Tunc aspergat lapidem ipsum Aqua benedicta, & accepto cultro, per singulas partes sculpsit in eo signum Crucis, dicens** In nomine Patris **✠**, & Filij **✠**, & Spiritus **✠** sancti. **R. Amen. quo facto dicit:**

Vu 2

Oremus.

Oremus.

**B**enedic ✠ Domine creaturam istam lapidis, & presta per invocationem sancti tui nominis, ut quicumque ad hanc Ecclesiam ædificandam pura mente auxilium dederint, corporis sanitatem, & animæ medelam percipiant. Per Christum Dominum nostrum. ✠. Amen.

Postea dicantur *Litaniz ordinariæ sine Orationibus in fine positis ut supra fol. 149. quibus dictis, parato cæmento, & cæmentario assistente, Sacerdos inchoat, Clericis prosequentibus, Antiphonam, Manè surgens Jacob erigebat lapidem in titulum: fundens oleum desuper, votum vovit Domino; Verè locus iste sanctus est, & ego nesciebam. Psalmus 126.*

**N**isi Dominus ædificaverit domum, \* in vanum laboraverunt qui ædificant eam.

**N**isi Dominus custodierit civitatem, \* frustra vigilat qui custodit eam.

**V**anum est vobis ante lucem surgere: \* surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.

**C**ùm dederit dilectis suis somnum: \* ecce hæreditas Domini, filij; merces, fructus ventris.

**S**icut sagittæ in manu potentis: \* ita filij excussorum.

**B**eatus vir, qui implevit desiderium suum ex ipsis: \* non confundetur cùm loquetur inimicis suis in porta. Gloria Patri.

*Quo dicto Sacerdos stans tangit, & ponit ipsum primum lapidem in fundamento, dicens:*

In fide IESU Christi collocamus Lapidem istum primum in hoc fundamento, In nomine Patris ✠, & Filij ✠, & Spiritus ✠ sancti, ut vigeat vera fides hic, & timor Dei, fraternaque dilectio; & sit hic locus destinatus orationi, & ad invocandum & laudandum nomen ejusdem Domini nostri IESU Christi, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum. ✠. Amen.

Inte-

**Interim cementarius locat ipsum lapidem cum cemento,**  
**postea Sacerdos spargit super lapidem Aquam benedictam, di-**  
**ccus:** Asperges me Domine hyssopo, & mundabor, lavabis  
 me, & super nivem dealbabor. **Psaln.** Misere mei Deus,  
 secundum magnam, &c. ut supra; fol. 282. dicitur totus cum  
**Gloria Patri.** Quo dicto, Sacerdos spargit Aquam benedictam  
 per omnia fundamenta, si sunt aperta: si verò non sunt aper-  
 ta, circuit aspergendo fundamenta Ecclesie designata. Et inci-  
 piens aspergere inchoat Antiphonam, Clero prosequente: O  
 quàm metuendus est locus iste! verè non est hìc aliud, nisi do-  
 mus Dei, & porta celi. **Psalms. 86.**

**F**undamenta ejus in montibus sanctis: \* diligit Dominus  
 portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

**G**loriosa dicta sunt de te, \* civitas Dei.

**M**emor ero Rahab, & Babylonis \* scientium me.

**E**cce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum, \* hi fue-  
 runt illic.

**N**unquid Sion dicet: Homo & homo natus est in ea: \* & ip-  
 se fundavit eam Altissimus?

**D**ominus narrabit in scripturis populorum, & principum; \*  
 horum, qui fuerunt in ea.

**S**icut latantium omnium \* habitatio est in te.

**G**loria Patri.

**Antiph.** O quàm metuendus est locus iste! verè non est hìc a-  
 liud, nisi domus Dei, & porta celi. **Interim aspergendo pro-**  
**cedit usque ad fundamenta aperta, seu designata, & repetita**

**Antiph. stans dicit:** Oremus. **Ministri,** Flectamus genua.  
**R.** Levate.

**O**mnipotens & misericors Deus, qui Sacerdotibus tuis tan-  
 tam præ ceteris gratiam contulisti, ut quidquid in tuo  
 nomine dignè perfecteque ab eis agitur, à te fieri credatur:  
 quæsumus immensam clementiam tuam, ut quidquid modò

visitaturi sumus, visites; & quidquid benedicturi sumus, benedicas: sitque ad nostræ humilitatis introitum, Sanctorum tuorum meritis, fuga dæmonum, Angeli pacis ingressus. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

**D**Eus, qui ex omnium cohabitatione Sanctorum æternum majestati tuæ condidit habitaculum: da ædificationi tuæ incrementa cælestia; ut quod te jubente fundatur, te largiente perficiatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Ritus benedicendi novam Ecclesiam, seu Oratorium publicum, ut ibi sanctissimum Missæ sacrificium celebrari possit.

**S**acerdos novam Ecclesiam de licentia Episcopi benedicturus, ut in ea divinum sacrificium Missæ ritè celebretur, amictu, alba, cingulo, stola ac pluviali albi coloris indutus, aliquot Sacerdotibus & Clericis adhibitis, prælata Cruce media inter duos Clericos deferentes cereos accensos, manè procedit ad primariam Ecclesiæ vel Oratorij januam; ubi stans capite aperto, conversus ad eam dicit absolutè Orationem.

**A**ctiones nostras, quæsumus Domine, aspirando præveni, & adjuvando prosequere: ut cuncta nostra oratio & operatio à te semper incipiat, & per te cœpta finiatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde inchoat Añam, Asperges me Domine, &c. & Clerus alternatim dicit Psalmum Miserere mei Deus. In fine Gloria Patri.

Interim circumdant exterius Ecclesiam (quæ intus debet esse vacua & nuda, & pariter altaria nuda, excluso populo, donec absoluta sit benedictio) & Sacerdos accepto aspergillo ex herba hyssopi ad ejus dexteram se convertens, parietes Ecclesiæ in superiori parte, & in fundamentis, cum Aqua benedicta

asper-

**Aspergit, dicens,** Asperges me Domine hyssopo, & mundabor: lavabis me & super nivem dealbabor. **Reverti ad locum, unde Processio initium habuit, repetita Antiphona à Clero, Sacerdos stans ut prius versus Ecclesiam dicit: O remus. & Ministri: Flectamus genua. ¶ Levate. Oratio.**

**D**omine Deus, qui licet cælo & terra non capiaris, domum tamen dignaris habere in terris, ubi nomen tuum jugiter invocetur: locum hunc, quæsumus, beatæ Mariæ semper Virginis, & beati **N.** omniumque Sanctorum intercedentibus meritis, sereno pietatis tuæ intuitu visita, & per infusionem gratiæ tuæ ab omni inquinamento purifica, purificatumque conserva; & qui dilecti tui David devotionem in filij sui Salomonis opere complevistis, in hoc opere desideria nostra perficere digneris; effugiantque omnes hinc nequitia spirituales. Per Dominum nostrum, &c.

**Qua finita Oratione, omnes bini in Ecclesiam intrantes ad Altare majus procedunt, Litanias decantantes, ut supra fol. 149.**

**Ubi dictum fuerit,** Vt omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris, Te rogamus audi nos. **surgit Sacerdos, & intelligibili voce dicit:** Vt hanc Ecclesiam & Altare ad honorem tuum, & nomen Sancti tui **N.** purgare, & **(Hic manu dextra benedicit Ecclesiam, & Altare)** benedici dicere digneris, Te rogamus audi nos. **deinde ut prius genuflectit, donec perficiantur Litanie; & Cantores prosequuntur: Vt nos exaudire digneris, Te rogamus audi nos. Fili Dei, Te rogamus audi nos. Agnus Dei. &c**

**Dicto ultimo Kyrieleison, Sacerdos stans dicit: O remus. Ministri: Flectamus genua. ¶ Levate. Oratio.**

**P**ræveniat nos, quæsumus Domine, misericordia tua, & intercedentibus omnibus Sanctis tuis, voces nostras clementiæ tuæ propitiationis anticipet. Per Christum Dominum nostrum. **¶ Amen.**

**Tunc**

Tunc distans ab Altari congruenti spatio genuflexus, & se signans, dicit: Deus in adiutorium meum intende. & statim surgit Clero respondente: Domine ad adjuvandum me festina. ipse verò stans dicit, Gloria Patri, &c. Chorus respondet: Sicut erat, &c. Postea Sacerdos dicit, Oremus. Ministri: Flectamus genua. R. Levate. Oratio.

**O**mnipotens & misericors Deus, qui Sacerdotibus tuis tantam præ ceteris gratiam contulisti, ut quidquid in tuo nomine dignè perfectèque ab eis agitur, à te fieri credatur: quæsumus immensam clementiam tuam, ut quidquid modò visitaturi sumus, visites; & quidquid benedicturi sumus, bene ✠ dicas: sitque ad nostræ humilitatis introitum, Sanctorum tuorum meritis, fuga dæmonum, Angeli pacis ingressus. Per Dominum nostrum, &c.

His dictis inchoat Antiphonam, Benedic Domine domum istam nomini tuo ædificatam: cum tribus Psalmis sequentibus, videlicet. Psalmus 119.

**A**D Dominum cum tribularer clamavi: \* & exaudivit me. Domine libera animam meam à labijs iniquis, \* & à lingua dolosa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi \* ad linguam dolosam? Sagittæ potentis acutæ, \* cum carbonibus desolatorijs.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitavi cum habitantibus Cedar: \* multum incola fuit anima mea.

Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: \* cum loquebar illis impugnabant me gratis.

Gloria, Patri. Psalmus 120.

**L**evavi oculos meos in montes, \* unde veniet auxilium mihi. Auxilium meum à Domino, \* qui fecit cælum & terram.

**N**on det in commotionem pedem tuum: \* neque dormitet qui custodit te.

**E**cce non dormitabit, neque dormiet, \* qui custodit Israël.

Domini-

**D**ominus custodit te, Dominus protectio tua \* super manum dexteram tuam.

**P**er diem sol non uret te: \* neque luna per noctem.

**D**ominus custodit te ab omni malo: \* custodiat animam tuam Dominus.

**D**ominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum; \* ex hoc nunc, & usque in sæculum.

**G**loria Patri.

**Psalmus 121.**

**L**ætatus sum in his quæ dicta sunt mihi: \* in domum Domini ibimus.

**S**tantes erant pedes nostri, \* in atrijs tuis Ierusalem.

**I**erusalem quæ ædificatur ut civitas; \* cujus participatio ejus in idipsum.

**I**lluc enim ascenderunt tribus, tribus Domini: \* testimonium Israel ad confitendum nomini Domini.

**Q**uia illic sederunt sedes in judicio: \* sedes super domum David.

**R**ogate quæ ad pacem sunt Ierusalem: \* & abundantia diligentibus te.

**F**iat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.

**P**ropter fratres meos & proximos meos, \* loquebar pacem de te.

**P**ropter domum Domini Dei nostri, \* quæsiui bona tibi.

**G**loria Patri.

**A**nth. Benedic Domine domum istam nomini tuo ædificatam.

**I**nterim aspergit interiùs parietes in parte superiori & inferiori, iacohans asperionem à parte Evangelij, dicens: Asperges me Domine, &c. tum ad Altare revertus, dicit: Oremus. **M**inistri: Flectamus genua. **R.** Levate. **O**ratio.

**D**eus, qui loca nomini tuo dicanda sanctificas, effunde super hanc orationis domum gratiam tuam, ut ab omnibus hinc nomen tuum invocantibus auxilium tuæ misericordiæ sentiantur. **P**er Dominum nostrum, &c.

**H**is peractis dicitur Missa de tempore occurrenti, vel de Sancto:

*Ecclesia vero, quamvis à simplici Sacerdote, ut supra, sit benedicta, ab Episcopo tamen consecranda est.*

**Ritus reconciliandi Ecclesiam violatam, si nondum erat ab Episcopo consecrata.**

**E***cclesie violatae reconciliatio per Sacerdotem ab Episcopo delegatum fiat hoc modo. Altare Ecclesie omnino nudetur, provideaturque ut Ecclesia possit liberè circumiri tam exterius quàm interius, si fieri potest. paratur vasculum cum Aqua benedicta, & aspergillum de herba hyssopo factum. Sacerdos indutus amictu, alba, cingulo, stola, & pluviali albo, adhibitis aliquot Sacerdotibus & Clericis, procedit ad primariam Ecclesie portam, ubi stans Antiphonam incipit, Clero prosequente: Asperges me Domine hyssopo & mundabor; lavabis me & super nivem dealabor. Psalmus: Miserere mei Deus. totus cum Gloria Patri. Quo finito Antiphona repetitur. Interim dum Antiphona & Psalmus dicuntur, Sacerdos cum Aqua benedicta aspergit in circuitu extrinsecus Ecclesiam, & Coemeterium, simul aspergendo alternatim ad parietes Ecclesie, ad terram Coemeterij, praesertim ad loca contaminata. Quo facto, redit ad locum: ubi incipit aspergere, & stans dicit:*

*Oramus.*

**O***mnipotens & misericors Deus, qui Sacerdotibus tuis tantam praeter ceteris gratiam contulisti, ut quidquid in tuo nomine dignè, perfectèque ab eis agitur, à te fieri credatur: quaesumus immensam elementiam tuam, ut quod modo visitaturi sumus, visites; & quidquid benedicturi sumus, bene dicas: sitque ad nostrae humilitatis introitum, Sanctorum tuorum meritis, fuga demonum, Angeli pacis ingressus. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.*

*Deinde Sacerdos incipit Litanias, ut supra, fol. 149. & ingreditur Ecclesiam cum Clero, cantando cas; acceditque an-*

ce Altare majus, coram quo genuflectit: cumque dictum fuerit; Ut omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris. **R.** Te rogamus audi nos. **Sacerdos surgit, & clara voce dicit:** Ut hanc Ecclesiam, & Altare hoc, ac Coemeterium purgare, & recon- **R.** ciliare digueris, Te rogamus, &c.

Quibus dictis rursus genuflectit, & Litanie perficiuntur. Quibus finitis, Sacerdos versus ad dictum Altare dicit, O remus. **& Ministri:** Fleamus genua. **R.** Levate. **Oratio**

**P**erveniat nos, quæsumus Domine, misericordia tua: & intercedentibus omnibus Sanctis tuis, voces nostras clementia tuæ propitiationis anticipet. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Deinde Sacerdos genuflectit ante Altare, & se signo Crucis muniens, clara voce dicit, Deus in adjutorium meum intende. **tum surgit, & Chorus seu adstantes Clerici respondent:** Domine ad adjuvandum me festina. **& Sacerdos stans dicit,** Gloria Patri, &c. **Chorus respondet:** Sicut erat, &c. **Quo dicto Sacerdos inchoat, Clero prosequente Añam.** Exurgat Deus, & dissipentur inimici ejus, & fugiant qui oderunt eum à facie ejus. **& repetitur hæc Antiphona post quemlibet versum Psalmi sequentis.**  
**Psalmus 67.**

**I**N Ecclesijs benedicite Deo Domino, \* de fontibus Israël.

**T**ibi Benjamin adolescentulus, \* in mentis excessu.

**P**rincipes Iuda, duces eorum: \* Principes Zabulon, Principes Nephthali.

**M**anda Deus virtuti tuæ: \* confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.

**A** templo sancto tuo in Ierusalem, \* tibi offerent reges munera.

**I**ncrepa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum: \* ut excludant eos qui probati sunt argento.

**D**issipa Gentes, quæ bella volunt: venient legati ex Ægypto: \* Æthiopia præveniet manus ejus Deo.

**R**egna terræ cantate Deo: \* psallite Domino.

**P**sallite Deo, qui ascendit super cælum cæli, \* ad Orientem.

**E**cce dabit voci suæ vocem virtutis, date gloriam Deo super Israël, \* magnificentia ejus, & virtus ejus in nubibus.

**M**irabilis Deus in Sanctis suis, Deus Israël ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ, \* benedictus Deus.

*Et non dicitur Gloria Patri, sed reperitur Antiphona.*

*Interim dum Añã & Psalmi prædicti dicuntur, Sacerdos circumcivit Ecclesiam intrinsecus aspergendo: aspergit etiam specialiter loca contaminata: quo tacto stans in Præsbiterio versus ad Altare dicit:*

**D**eus, qui in omni loco dominationis tuæ clemens & benignus purificator assistis: exaudi nos, quæsumus, & concede: ut impostero in inviolabilis hujus loci permaneat benedictio; & tui muneris beneficia, universitas fidelium, quæ supplicat, percipere mereatur. Per Christum Dominum nostrum.  
*¶. Amen.*

*Deinde dicitur Missa de die occurrenti.*

*Simplex Sacerdos tantum ex Privilegio Sedis Apostolicæ, potest Ecclesiam ab Episcopo consecratam reconciliare. Et tunc utatur ritu in Pontificali præscripto: procedatque indutus amictu, alba, cingulo, stola, & pluviali albi coloris: adhibitis secum alijs Præsbiteris & Clericis superpelliceis indutis, cum aqua ab Episcopo ad hunc usum ritè benedicta.*

**R**itus benedicendi novum Coemeterium per Sacerdotem ab Episcopo delegatum.

**P**ridie quàm fiat benedictio, ponitur in medio Coemeterio benedicendo lignea Crux, alta ad staturam hominis, & ante ipsam Crucem in terra figitur paxillus tridens ligneus altus ad cubitum unum, aptus ad affigendum illi tres candelas.

*Sequenti die manè Sacerdos in Sacristia paratus, amictu alba, cingulo, stola, & pluviali albi coloris, adhibitis antiquè*

*Sacer-*

Sacerdotibus & Clericis indutis superpelliceis, qui deferant vasculum Aquæ benedictæ, aspergillum, & thuribulum cum incensi navicula, & hoc Rituali libro, & tribus candelis cereis, procedit ad Cœmeterium benedicendum, ante Crucem in medio positam, & affiguntur, & accenduntur tres candelæ super ligneum paxillum, & sacerdos ante Crucem & candelas, stans discooperto capite ait:

Oremus.

**O**mnipotens Deus, qui es custos animarum, & tutela salutis, fides credentium, respice propitius ad nostræ servitutis officium, & ad introitum nostrum: purgetur, bene **✠** dicatur, & sancti **✠** fiat hoc Cœmeterium, ut humana corpora hic post vitæ cursum quiescentia, in magno iudicij die simul cum felicibus animabus mereantur adipisci vitæ perennis gaudia. Per Christum Dominum nostrum. **ꝛ.** Amen.

Mox ante ipsam Crucem omnes, genibus flexis, dicunt Litanias ordinarias, incipiente Cantore, ceteris respondentibus: & cum dictum fuerit; **Vt omnibus fidelibus defunctis, &c.** Te rogamus audi nos. Sacerdos surgit, & clara voce dicit, producens manu signum Crucis: **Ut hoc Cœmeterium purgare & bene **✠** dicere digneris. Te rogamus, &c.** Deinde Sacerdos ut prius genuflectit, & Litanie perficiuntur.

Quibus finitis surgant omnes, & Sacerdos Crucem aspergit Aqua benedicta, dicens Antiphonam. **Asperges me Domine hyssopo & mundabor: lavabis me & super nivem dealbabor. Miserere mei Deus, &c.** dicitur totus ab assistantibus cum Gloria Patri &c. ut supra fol. 282, quo dicto repetitur Antiphona. Dum dicitur Psalmus, Sacerdos circum, & perambulat totum Cœmeterium, incipiens ad eius dexteram, aspergens ubique Aqua benedicta; quo facto, redit ante Crucem, & ad ipsam respiciens, dicit:

Oremus.

**D**eus, qui es totius orbis conditor, & humani generis Redemptor, cunctarumque creaturarum visibilium & invi-

Xx 3

visibili-

sibilia perfectus dispositio, te supplici voce, ac puro corde exposcimus, ut hoc Cœmeterium, in quo famulorum famularumque tuarum corpora quiescere debent post curricula hujus vitæ labentia, pur ✠ gare, bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare digneris: quique remissionem omnium peccatorum per tuam magnam misericordiam in te confidentibus præstitisti, corporibus quoque eorum in hoc Cœmeterio quiescentibus, & tubam primi Archangeli expectantibus, consolationem perpetuam largiter impartire. Per Christum Dominum nostrum. *℞.*  
Amen.

*Tunc figit in summitate Crucis unam ex tribus candelis ardentibus, & alias duas similiter arduentes in duobus brachijs ejusdem Crucis, Deinde incensat ipsam Crucem, & aspergens Aqua benedicta redit cum ministris in sacrificiam.*


Ordo reconciliandi Cœmeterium violatum, siue Ecclesiæ contiguum sit, siue separatum, ubi Ecclesia non est polluta.

**M**ane dici, qua facienda est reconciliatio, Sacerdos, si ab Episcopo facultatem habeat, adhibitis alijs Sacerdotibus & Clericis indutis superpellicis, in sacrificia aut alio decenti loco vestitus amictu, alba, cingulo, stola, & pluviali albi coloris, accedit ad medium Cœmeterij, Clerico vasculum Aquæ benedictæ & aspergillum deferente, & ibi super tapete genuflectit unâ cum ministris: & Cantores, alijsque omnes genibus flexis, dicunt Litanias ordinarias. In quibus cum dictum fuerit, *℞.* Ut omnibus fidelibus defunctis, &c. Te rogamus audi nos. Sacerdos surgit, & manu dextra producens signum Crucis super Cœmeterium, clara voce dicit: Ut hoc Cœmeterium reconciliare & sancti ✠ ficare digneris. *℞.* Te rogamus audi nos. Quibus dictis, ut prius genuflectit, Cantoribus Litanias perficientibus. Quibus finitis, surgunt omnes, & Sacerdos

accepto

accepto aspergillo cum Aqua benedicta inchoat Anam, Asperges me Domine hyssopo, **Clerico** prosequente, & mundabor: lavabis me, & super nivem dealbabor. **Psal.** Miserere mei Deus, &c. dicitur totus sine Gloria Patri. in fine repetitur Antiph. Asperges. Dum hæc dicuntur, Sacerdos circuit totum Cæmeterium, incipiens ad ejus dexteram, aspergens ubique Aqua benedicta, præsertim in loco ubi violatio commissa est. Quo peracto, redit ad locum ubi Litanie dictæ fuerunt, & ibi stans dicit: **Oremus** & **Ministri**: flectamus genua. **R.** Levate.

**D**omine pie, qui agrum figuli pretio sanguinis tui in sepulturam peregrinorum comparari voluisti, quæsumus, dignanter reminiscere clementissimi hujus mysterij tui. Tu es enim Domine figulus noster; tu quietis nostræ ager; tu agri hujus pretium. Tu dedisti etiam, & suscepisti. Tu de pretio tui vivifici sanguinis nos requiescere donasti. Tu ergo Domine, qui es offensionis nostræ clementissimus judicator, judicij tui superabundantissimus miserator, judicium tuæ justissimæ severitatis abscondens post miserationem tuæ piæ redemptionis, adesto exauditor, & effector nostræ reconciliationis; hocquæ Cæmeterium peregrinorum tuorum cælestis patriæ incolatum expectantium, benignus purifica & reconcilia; & hîc tumulorum & tumulandorum corpora, de potentia & pietate tuæ resurrectionis ad gloriam incorruptionis non damnans, sed glorificans resuscita. Qui venturus es judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem. **R.** Amen.



## DE PROCESSIONIBUS.



*P*ublicæ sacræque Processiones, seu Supplicationes, quibus ex antiquissimo SS. Patrum instituto Catholica Ecclesia vel ad excitandam fidelium pietatem, vel ad commemoranda Dei beneficia, eique gratias agendas, vel ad divinam auxilium implorandum uti consuevit, qua par est religione celebrari debent: continent enim magna ac divina mysteria, & salutare Christiana pietatis fructus eas pie exequentes à Deo consequuntur; de quibus fideles præmonere & erudire, quo tempore magis opportunum fuerit, Parochorum officium est.

Videant in primis Sacerdotes, alijque Ecclesiastici ordinis, ut in his Processionibus ea modestia ac reverentia tum ab ipsis tum ab alijs adhibeatur, quæ pijs & religiosis hujusmodi actionibus maxime debetur.

Præsertim verò studeant Parochi, ut ubi consuetudo viget in festo Ascensionis Domini cum sanctissimo Sacramento per agros & campos equitandi, summa illud, qua decet & par est, reverentia, modestia, gravitate, devotione & cultu ab omnibus qui tali Processioni intersunt, peragatur, ne ob exhibitam fortè ab aliquibus huic sanctissimo Sacramento irreverentiam divina Bonitas ad iram potius quàm miserationem provocetur.

Omnes decenti habitu, superpelliceis, vel alijs sacris vestibus, sine pileis, nisi pluvia aut alia causa cogente, induci, graviter, modestè, ac devotè bini suo loco procedentes, sacris Precibus ita sint intenti, ut remoto risu, mutuoque colloquio, & vago oculorum aspectu, populum etiam ad pie devoteque precandum invitent.

Laici à Clericis, femine à viris separatæ orantes prosequantur.

Præferatur Crux, & ubi fuerit consuetudo unum vel plura vexilla sacris Imaginibus insignita, non tamen facta militari seu triangulari forma.

Edendi

Edendi ac bibendi abusum, secumvè esculenta & poculenta deferendi in sacris Processionibus agrisq̄, lustrandis, & suburbanis Ecclesiis visitandis, Parochi tollere studeant: ac fideles, præsertim die Dominica, quæ proximè Rogationes antecedit, quàm hæc dedeceat corruptela, sæpius admoneant.

Processiones prius fieri debent, deinde Missa solemniter celebrari: nisi aliter ab gravem causam interdum Ordinario vel Clero videatur.

Processiones autem quædam sunt ordinariæ, quæ sunt certis diebus per annum, ut in festo Purificationis beatæ Mariæ semper Virginis, & in Dominica Palmarum, & in Litanis majoribus in festo S. Marci, & in minoribus Rogationum triduo ante Ascensionem Domini, & in festo Corporis Christi, vel aliis diebus pro consuetudine Ecclesiarum.

Quædam verò sunt extraordinariæ, ut quæ variis ac publicis Ecclesiæ de causis in dies indicuntur.

### De Processione in die festo Purificationis beatæ Mariæ semper Virginis.

**C**ompleta benedictione & distributione candelarum, ut in Missali Romano reformato habetur, fit Processio eo ordine & modo ut ibidem præscribitur.

### De Processione in die Palmarum.

**F**acta benedictione, & distributione Palmarum seu Olivarum, post ultimam Orationem, Omnipotens sempiternus Deus, instituitur Processio prout in Missali Romano præscribitur, pro qua una alteravè Antiphona habetur in antiquo Benedictionali tit. 83. ubi etiam extremitas excipiendi Denarium cum Palmis, si alicubi ea fuerit adhuc consuetudo, invenientur.

Ordo servandus in Litaniarum majorum Processione quæ die festo S. Marci celebratur.

**C**lerus & populus hora statuta matè in Ecclesia congregati, omnes contrito, & humili corde Deum flexis genibus paulisper precentur. Sacerdos pluviali vel saltens superpelliceo & stola violacei coloris sit indutus, ejus coloris habitus in reliquis processionibus semper utatur, præterquam in Processionibus Corporis Christi & quæ fiunt solemmibus diebus, vel in gratiarum actionem; quibus diebus utitur colore propriæ solemnitatæ congruenti. Ceteri vero Sacerdotes & Clerici superpelliceis induti Antiphonam *Exurge Domine*, quæ habetur in antiquo Benedictionali fol. 203. stantes concinant, cum Psalmo & Gloria Patri. & repetita *Añã* genuflectunt omnes, & duo Clerici ante Altare majus genuflexi devotè Litanias cantare incipiant, ceteris eadem voce respondentibus. Cum autem cantatum fuerit, *Santa Maria Ora pro nobis*. inclusive, surgunt omnes, & ordinatim procedunt, egredientes, Litaniasque prosequentes, præcedente Cruce cum vexillis, & sequente Clero.

Si Processio sit longior, vel repetantur Litanie, vel Litanie absolutis usque ad Preces exclusive, dicantur aliqui Psalmi & Pœnitentialibus seu Gradualibus. Hymni vero vel Cantica lætitiæ in ijs, vel in Rogationibus, aut alijs pœnitentiæ causa institutis Processionibus, non dicantur.

Si ad unam vel plures Ecclesias in via sit divertendum, ingressis Ecclesiam, intermissisque Litanie vel Psalmis, cantatur Antiph. cum Versu & Oratione Sancti Patroni illius Ecclesiæ: Deinde egredientes, resumptis precibus, eodem ordine procedunt usque ad Ecclesiam, ubi cum Precibus & Orationibus omnibus Processio terminatur, uti supra in fine Litaniarum fol. 155.

In Litanie minoribus Rogationum servetur idem ordo.

De

## De Proceſſione in Feſto Sanctiſſimi Corporis Chriſti,

**D**ecenter ornentur Eccleſiæ, & parietes viarum per quas eſt tranſeundum, tapetibus, & aulæis, & ſacris imaginibus; non autem profanis, aut vanis figuris ſeu indignis ornamentis.

Sacerdos primùm Miſſam celebret, qua finita, & Proceſſione jam inchoata, ordine quo jam ſuprà dictum eſt in Litanijſ majoribus, deponit Caſulam cum Manipulo, quem etiam Miniſtri deponunt, ac pluviali albo indutus Sacramentum in Tabernaculo ſeu monſtrantia ſuper Altare poſitum genuflexus trino integro ductu incenſet.

Deinde Diaconus oblongum ac decens velum circumponit ſcapulis Sacerdotis, qui parte veli ante pectus pendente, utraque manu coopertâ, facta prius profunda genuflexione, oſtenſorium ſeu tabernaculum à Diacono ſibi porrectum reverenter ſuſcipit in ſupremo Altaris gradu, mox ad Altare aſcendit, & Sacramentum ante faciem tenens verit ſe ad populum, cui antequam ab Altari diſcedat, cum Sacramento benedicit nihil dicens, Clero interim vel ipſo Sacerdote incipiente cantare Hymnum *P ange lingua glorioſi Corporis myſterium &c.* data benedictione deſcendit Sacerdos ſub umbellam comitantibus miniſtris, & duo Accolythi vel Clerici cum thuribus effumantibus præcedunt.

Sacerdotes & Clerici omnes præcedent nudo capite accenſos cereos geſtantes, & ſequentes Hymnos pro longitudine Proceſſionis devotè concinentes, ſcilicet: *P ange lingua glorioſi &c.* Sacris ſolemnijs juncta ſint gaudia, &c. *V erbum ſupernum prodiens &c.* ut in *Matut. & Laud. ſ. ſt. S alutis humanæ ſator. &c. Æ therne Rex altiffime &c.* ut in *V eſperis & Matut. feſti Aſcenſionis Domini. T e Deum laudamus, &c. B enedictus Dominus Deus Iſraël, &c. Magnificat anima mea, &c. alioſque Hymnos & Cantica pro longitudine Proceſſionis.*

Durante Processione, ubi facienda est statio & cantandum unum ex quatuor Evangelijs, Diaconus monstrantiam è manibus Sacerdotis ante infimum gradum subsistentis susceptam, vel ipsemet Sacerdos ponat super paratam mensam, quæ mappis, & luminibus in modum Altaris sit exornata, explicato prius in ea corporali, deinde genuflexus ter Sacramentum sepelito velo oblongo incensat. Mox Diaconus, vel ipse Sacerdos dicit *Munda cor meum*, & petit benedictionem, prout in Missa, deinde è medio secedens & advertens, ne terga veritat Sacramento cantat Evangelium, quo finito iterum Sacramentum genuflexus ter incensat, & reassumpto velo ac facta profunda genuflexione apprehendit utraq; manu, sicut prius, ostentatum populo benedicturus dicens: *☩. Sit nomen Domini benedictum. ☩. Ex hoc nunc & usque in sæculum. ☩. Adjutorium nostrum in nomine Domini. ☩. Qui fecit caelum & terram. Benedicat vos omnipotens Deus Pater ☩, & Filius ☩, & Spiritus ☩ Sanctus. ☩. Amen.* Deinde reumptis Hymnis vel Psalmis eodem ordine proceditur ad locum, ubi altera statio est facienda, & sic deinceps. Peracta Processione & sanctissimo Sacramento ad Ecclesiam reportato, & super Altare per Diaconum deposito, omnes Ecclesiastici hinc inde ordine genuflexi illud reverenter adorantes, dum Sacerdos de more incensat, cantant *Versum Hymni*, Tantum ergo Sacramentum, &c.

Postea duo Clerici dicant *☩. Panem de caelo præstitisti eis, alleluja. ☩. Omne delectamentum in se habentem, alleluja.*

Deinde Sacerdos surgens, & stans dicit: Dominus vobiscum, ☩. Et cum spiritu tuo. ☩. Amen.

**D**eus, qui nobis sub Sacramento mirabili Passionis tuæ memoriam reliquisti: tribue quaesumus, ita nos Corporis & Sanguinis tui sacra mysteria venerari; ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vivis & regnas per omnia sæcula sæculorum. ☩. Amen.

Tunc

Tunc Sacerdos Sacramentum iterum incenset, & facta genuflexione cum Sacramento benedicat populum in modum Crucis, nihil dicens, Clero interim cantante Versum Hymni, Genitori Genitoque, &c. postea illud reverenter reponat.

Hic autem modus benedicendi servatur etiam in alijs Processionibus faciendis cum sanctissimo Sacramento.

### De Processione ad petendam pluviam.

**A**guntur omnia, ut supra in Litanis majoribus, præterquam quod Litanis vel Itam in initio Processionis, vel in Ecclesia ubi fit statio, vel ad quam instituitur Processio, dicantur, quod etiam in sequentibus Processionibus observandum. In Precious Litaniarum, postquam dictum fuerit, Vt fructus terræ &c. Te rogamus. *us dicitur:* Vt congruentem pluviam fidelibus tuis concedere digneris, Te rogamus audi nos. **In fine postea dicitur, Pater noster, secretò. &c.** Et ne nos inducas in tentationem. *us.* Sed libera nos à malo. **Psalm. 146.**

**L**audate Dominum quoniam bonus est Psalmus: \* Deo nostro sit jucunda decoraque laudatio.

**A**edificans Ierusalem Dñus: \* dispersiones Israël congregabit.

**Q**ui sanat contritos corde: \* & alligat contritiones eorum.

**Q**ui numerat multitudinem stellarum: \* & omnibus eis nomina vocat.

**M**agnus Dominus noster, & magna virtus ejus: \* & sapientia ejus non est numerus.

**S**uscipiens mansuetos Dominus: \* humilians autem peccatores usque ad terram.

**P**recinite Domino in confessione: \* psallite Deo nostro in cithara.

**Q**ui operit cælum nubibus: \* & parat terræ pluviam.

**Q**ui producit in montibus scœnum: \* & herbam servituti hominum.

**Q**ui dat iumentis escam ipsorum; \* & pullis corvorum invocantibus eum.

**N**on in fortitudine equi voluntatem habebit; \* nec in tibijs viri beneplacitum erit ei.

**B**eneplacitum est Domino super timentes eum; \* & in eis qui sperant super misericordia ejus. **G**loria Patri.

**Q**uo finito dicantur **Preces**; **V.** Operi Domine cælum nubi-  
bus. **R.** Et para terræ pluviā. **V.** Vt producat in monti-  
bus scœnum. **R.** Et herbam seruituti hominum. **V.** Riga mon-  
tes de superioribus tuis. **R.** Et de fructu operum tuorum sa-  
tiabitur terra. **V.** Domine exaudi orationem meam. **R.** Et  
clamor meus ad te veniat. **V.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum  
spiritu tuo. **O** remus.

**D**Eus, in quo vivimus, movemur, & sumus: pluviā no-  
bis tribue congruentem, ut præsentibus auxilijs sufficien-  
ter adjuti, sempiterna fiducialius appetamus.

**P**Ræsta, quæsumus omnipotens Deus; ut qui in afflictione  
nostra de tua pietate confidimus, contra adversa omnia tua  
semper protectione muniamur.

**D**A nobis, quæsumus Domine, pluviā salutarem: & ari-  
dam terræ faciem fluentis cælestibus dignanter infunde.  
Per Dominum nostrum IESVM Christum, &c.

**V.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. **V.** Benedica-  
mus Domino. **R.** Deo gratias. **V.** Exaudiat nos omnipo-  
tens & misericors Dominus. **R.** Amen. **V.** Fidelium animæ  
per misericordiam Dei requiescant in pace. **R.** Amen.

### Processio ad postulandam serenitatem.

**O**Mnia fiant ut supra in præcedenti Processione, & in Lita-  
niarum Precibus bis dicatur: Vt fidelibus tuis æris ser-  
enitatem concedere digneris, Te rogamus audi nos. **Postea in fi-**  
**ne.** **P**ater noster. **V.** Et ne nos inducas intentionem. **R.** Sed

libera

libera nos à malo. *Psalm. 66. Deus misereatur nostri, &c. ut supra fol. 287. & in fine Gloria Patri. post Psalmum. ¶ Ad-*  
*duxisti Domine spiritum tuum super terram. ¶ Et prohibi-*  
*tæ sunt pluvie de cælo. ¶ Cum obduxero nubibus cælum*  
*¶ Apparebit arcus meus, & recordabor foederis mei. ¶ Illu-*  
*stra faciem tuam Domine super servos tuos. ¶ Et benedic-*  
*ferantes in te. ¶ Domine exaudi orationem meam. ¶ Et*  
*clamor meus ad te veniat. ¶ Dominus vobiscum. ¶ Et cum*  
*spiritu tuo.*  
**Oremus.**

**D**eus qui culpa offenderis, pœnitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice: & flagella tuæ iracundiæ quæ pro peccatis nostris meremur, averte.

**A**d te nos, Domine, clamantes exaudi: & æris serenitatem nobis tribue supplicantibus; ut qui justè pro peccatis nostris affligimur, misericordia tua præveniente clementiam sentiamus

**Q**uæsumus omnipotens Deus clementiam tuam: ut inundantiam coërceas imbrium, & hilaritatem vultus tui nobis impertiri digneris. Per Dominum nostrum, &c.

### Preces ad repellendam tempestatem.

**P**ulsantur campanæ, & qui adesse possunt, in Ecclesiam convocatis, dicuntur Litanie ordinariæ, in quibus bis dicitur: *A fulgure & tempestate, & post Litanias, Oracionemque Dominicam. Psalmus 147.*

**L**auda Jerusalem Dominum \* lauda Deum tuum Sion. Quoniam confortavit seras portarum tuarum: \* benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem: & \* adipe frumenti satiat te.  
 Qui emittit eloquium suum terræ: \* velociter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam: \* nebulam sicut cinerem spargit.

**Mittit**

**M**ittit crystalum suam sicut buccellas: \* ante faciem frigoris  
ejus quis sustinebit?

**E**mittet verbum suum, & liquefaciet ea: \* flabit spiritus ejus,  
& fluent aqua.

**Q**ui annuntiat verbum suum Iacob: \* justitias & judicia sua  
Israël.

**N**on fecit taliter omni nationi: \* & judicia sua non manife-  
stavit eis. **G**loria Patri.

**V.** Adjutorium nostrum in nomine Domini. **R.** Qui fecit cae-  
lum & terram. **V.** Ostende nobis Domine misericordiam tuam.  
**R.** Et salutare tuum da nobis. **V.** Adjuva nos Deus salutaris  
noster. **R.** Et propter gloriam nominis tui Domine libera nos.  
**V.** Nihil proficiat inimicus in nobis. **R.** Et filius iniquitatis  
non apponat nocere nobis. **V.** Fiat misericordia tua Domine  
super nos. **R.** Quemadmodum speravimus in te. **V.** Salvum  
fac populum tuum Domine. **R.** Et benedic hereditati tuae.  
**V.** Non privabis bonis eos, qui ambulant in innocentia. **R.**  
Domine Deus virtutum, beatus homo, qui sperat in te. **V.** Do-  
mine exaudi orationem meam. **R.** Et clamor meus ad te ve-  
niat. **V.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

**O**remus.

**D**eus qui culpa offenderis, poenitentia placaris: preces po-  
puli tui supplicantis propitius respice: & flagella tua  
iracundiae, quae pro peccatis nostris meremur, averte.

**A**domo tua, quaesumus Domine, spirituales nequitiae repel-  
lantur: & aerearum discedat malignitas tempestatum.

**O**mnipotens sempiternae Deus, parce metuentibus, propiti-  
are supplicibus: ut post noxios ignes nubium, & vim pro-  
cellarum, in misericordiam transeat laudis comminatio tempe-  
statum.

**D**omine JESV, qui imperasti ventis & mari, & facta fuit tran-  
quillitas magna, exaudi preces familiae tuae, & praesta; ut

hoc

hoc signo sanctæ **✠** Crucis omnis discedat sæ vitia tempestatum.  
**O**mnipotens & misericors Deus, qui nos & castigando laas,  
 & ignoscendo conservas: præsta supplicibus tuis: ut &  
 tranquillitatibus optata consolationis latemur, & dono tuæ pic-  
 tatis semper utamur. Per Dominum nostrum. **&c.**

**Aspergatur Aqua benedicta.**

Preces dicendæ tempore penuriæ, & famis.

**A**guntur omnia ut supra in Processione ad petendam pluviã,  
 usque ad finem Litaniarum, in quarum Precibus bis dicitur:  
**V**t fructus terre dare & conservare digneris. **Post Litanias**  
 dicitur, **P**ater noster, **&c.** **Psal. 22.** Dominus regit me, **&c.**  
 ut supra fol. 250. in fine Gloria Patri. **✠.** Dñe non secundum pec-  
 cata nostra facias nobis. **R.** Neque secundum iniquitates nost-  
 ras retribuas nobis. **✠.** Oculi omnium in te sperant Domine.  
**R.** Et tu das illis escam in tempore opportuno. **✠.** Memento  
 congregationis tuæ. **R.** Quam possedisti ab initio. **✠.** Dominus  
 dabit benignitatem. **R.** Et terra nostra dabit fructum suum. **✠.**  
 Domine exaudi orationem meam. **R.** Et clamor meus ad te  
 veniat. **✠.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

**O**remus.

**I**neffabilem nobis Domine misericordiam tuam clementer  
 ostende: ut simul nos & à peccatis omnibus exuas, & à pœnis,  
 quas pro his meremur, eripias.

**D**a nobis, quæsumus Domine, piæ supplicationis effectum  
 & famem propitiatus averte: ut mortalium corda cognos-  
 cant, & te indignante, talia flagella prodire, & te miserante cessare.

**P**opulum tibi subditum pro peccatis suis fame laborantem ad  
 te Domine converte propitius qui quærentibus regnum tu-  
 um omnia adiucienda esse dixisti. Qui vivis & regnas cum Deo  
 patre, **&c.**

Zz

Pro

## Processio tempore mortalitatis &amp; pestis.

**F**iat ut supra, & in Litaniarum Precibus dicatur bis, A peste & fame, Libera nos Domine. & infra suo loco, Vt à pestilentia flagello nos liberare digneris, &c. Post Litanias, Orationemq; Dominicam dicitur: Psalm. 6. Domine ne in furore tuo arguas me, ut supra fol. 237. cum Gloria Patri. *Ps.* Domine non secundum peccata nostra facias nobis. *R.* Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. *Ps.* Adjuva nos Deus salutaris noster. *R.* Et propter gloriam nominis tui Domine libera nos. *Ps.* Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum. *R.* Cito anticipent nos misericordiae tuae, quia pauperes facti sumus nimis. *Ps.* Ora pro nobis sancte Sebastiane. *R.* Vt digni efficiamur promissionibus Christi. *Ps.* Domine exaudi orationem meam. *R.* Et clamor meus ad te veniat. *Ps.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo. *O*remus.

**E**xaudi nos Deus salutaris noster, & intercedente beata & gloriosa Dei genitrice Maria semper virgine, & beato Sebastiano martyre tuo, atque beato Francisco Xaverio confessore tuo, & omnibus Sanctis, populum tuum ab iracundiae tuae terroribus libera, & misericordiae tuae fac largitate securum.

**P**ropitiare Domine supplicationibus nostris, & animarum & corporum medere languoribus, ut remissione percepta, in tua semper benedictione laetemur.

**D**A nobis, quaesumus Domine, pia petitionis effectum, & pestilentiam mortalitatemq; propitiatus averte; ut mortalium corda cognoscant à te indignante talia flagella prodire, & te miserante cessare. Per Dñum nostrum, &c.

## Processio tempore belli.

**P**raestis omnibus ut in superioribus Processionibus, ad finem Litaniarum dicitur. Pater noster, &c. *Ps.* Et ne nos inducas in tentationem. *R.* Sed libera nos à malo.

Psalm.

## Psalmus 45.

**D**eus noster refugium & virtus: \* adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos in nimis.

**P**ropterea non timebimus, dum turbabitur terra: \* & transferentur montes in cor maris.

**S**onuerunt, & turbatae sunt aquæ eorum: \* conturbati sunt montes in fortitudine ejus.

**F**luminis impetus lætificat civitatem Dei: \* sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

**D**eus, in medio ejus, non commovebitur: \* adjuvabit eam Deus manè diluculo.

**C**onturbatae sunt gentes, & inclinata sunt regna: \* dedit vocem suam, mota est terra.

**D**ominus virtutum nobiscum: \* susceptor noster Deus Jacob.

**V**enite & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram: \* auferens bella usque ad finem terræ.

**A**rcum conteret & confringet arma: \* & scuta comburet igni.

**V**acate, & videte quoniam ego sum Deus: \* exaltabor in Gentibus, & exaltabor in terra,

**D**ominus virtutum nobiscum: \* susceptor noster Deus Jacob.

**G**loria Patri.

**V.** Exurge Domine adjuva nos. **R.** Et libera nos propter nomen tuum. **V.** Salyum fac populum tuum Domine. **R.** Deus meus sperantem in te. **V.** Fiat pax in virtute tua. **R.** Et abundantia in turribus tuis. **V.** Esto nobis Domine turris fortitudinis. **R.** A facie inimici. **V.** Arcum contere, & confringe arma. **R.** Et scuta combure igni. **V.** Mitte nobis Domine auxilium de Sancto. **R.** Et de Sion tuere nos. **V.** Domine exaudi orationem meam. **R.** Et clamor meus ad te veniat. **V.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. **O** remus.

**D**eus, qui conteris bella, & impugnatores in te sperantium potentia tuæ defensionis expugnas: auxiliare famulis tuis

implicantibus misericordiam tuam; ut inimicorum suorum feritate depressa, incessabili te gratiarum actione laudemus.

**D**Eus, à quo sancta desideria, recta consilia, & iusta sunt opera da seruis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; ut & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla.

**H**ostium nostrorum, qua sumus Domine, elide superbiam: & eorum contumaciam dexterae tuae virtute prosterne. Per Dominum nostrum IESVM Christum, &c.

*Si verò bellum est contra Turcas, & alios infideles, vel hereticos, inter preces Litaniarum bis dicatur, Vt inimicos sanctae Ecclesiae humiliare digneris, Te rogamus audi nos. Et addatur, Vt Turcarum (vel hereticorum) conatus reprimere, & ad nihilum redigere digneris, Te rogamus, &c. Et dictio pater noster, dicatur. Psalmus 78.*

**D**Eus venerunt Gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum: \* posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam.

**P**osuerunt morticina servorum tuorum, escas volatilibus caeli: \* carnes sanctorum tuorum bestiis terrae.

**E**ffuderunt sanguinem eorum tanquam aquam in circuitu Ierusalem: \* & non erat qui sepeliret.

**F**acti sumus opprobrium vicinis nostris: \* subsannatio & illusio his qui in circuitu nostro sunt.

**V**squequò Domine irascèris in finem: \* accendetur velut ignis zelus tuus.

**E**ffunde iram tuam in Gentes, quae te non noverunt: \* & in regna, quae nomen tuum non invocaverunt:

**Q**uia comederunt Iacob: \* & locum ejus desolaverunt.

**N**e memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, citò anticipent nos misericordiae tuae: \* quia pauperes facti sumus nimis.

**A**dju-

**A**djuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: \* & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

**N**e forte dicant in Gentibus: Vbi est Deus eorum: \* & innotescat in nationibus coram oculis nostris.

**V**ltio sanguinis fervorum tuorum, qui effusus est: \* introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum.

**S**ecundum magnitudinem brachij tui, \* posside filios mortificatorum.

**E**t redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: \* improperium ipsorum, quod exprobraverunt tibi Domine.

**N**os autem populus tuus, & oves pascuæ tuæ, \* confitebimur tibi in sæculum.

**I**n generationem & generationem: \* annuntiabimus laudem tuam.

Gloria Patri.

**Ps.** Salvos fac servos tuos. **R.** Deus meus sperantes in te.

**Ps.** Esto nobis Domine turris fortitudinis. **R.** A facie inimici.

**Ps.** Nihil proficiat inimicus in nobis. **R.** Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis. **Ps.** Hostium nominis tui Domine elide superbiam. **R.** Et eorum contumaciam dexteræ tuæ virtute prosterne. **Ps.** Fiant tanquam pulvis ante faciem venti.

**Ps.** Et Angelus Domini persequatur eos. **Ps.** Effunde iram tuam in gentes, quæ te non noverunt. **R.** Et in regna, quæ nomen tuum non invocaverunt. **Ps.** Mitte nobis Domine auxilium de Sancto. **R.** Et de Sion tuere nos. **Ps.** Domine exaudi orationem meam. **R.** Et clamor meus ad te veniat. **Ps.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. **O** remus.

**D**A, quæsumus, Ecclesiæ tuæ, misericors Deus, ut sancto Spiritu congregata, hostili nullatenus incursione turbetur.

**D**Eus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris, preces populi tui supplicantis propitius respice: & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte.

**O**mnipotens sempiternae Deus, in cuius manu sunt omnium potestates, & omnium iura regnorum: respice in auxilium Christianorum: ut gentes Turcarum *scilicet* haeticorum) quae in sua feritate confidunt, dextera tuae potentia conterantur. Per Dominum nostrum IESVM Christum, &c. Exaudiat nos Dominus. Amen.

Processio in quacunque tribulatione.

**S**ervatis omnibus ut in superioribus Processionibus, finitisque Litanijis, dicitur Pater noster. &c.

*Psalm. 19.*

**E**xaudiat te Dominus in die tribulationis: \* protegat te nomen Dei Jacob.

**M**ittat tibi auxilium de sancto: \* & de Sion tueatur te.

**M**emor sit omnis sacrificij tui: \* & holocaustum tuum pingue fiat.

**T**ribuat tibi secundum cor tuum: \* & omne consilium tuum confirmet.

**L**atabimur in salutari tuo: \* & in nomine Dei nostri magnificabimur.

**I**mpleat Dominus omnes petitiones tuas: \* nunc cognovi quoniam salvum fecit Dominus Christum suum.

**E**xaudiet illum de caelo sancto tuo: \* in potentatibus salus dexterae ejus.

**H**i in curribus & hi in equis: \* nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus.

**I**psi obligati sunt & ceciderunt: \* nos autem surreximus & erecti sumus.

**D**omine salvum fac regem: \* & exaudi nos in die quae invocaverimus te. *Gloria Patri.*

*Vel Psalm. 90. Qui habitat in adjutorio Altissimi, &c. Quo finito dicuntur Versus.* ✠. Deus refugium nostrum & virtus.

*Ex.* Adjutor in tribulationibus. ✠. Salvos fac servos tuos Do-

mine

mine. *R.* Deus meus ſperantes in te. *V.* Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis. *R.* Miſerere nobis. *V.* Adjuva nos Deus ſalutaris noſter. *R.* Et propter gloriam nominis tui Domine, libera nos. *V.* Domine exaudi orationem meam. *R.* Et clamor meus ad te veniat. *V.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum ſpiritu tuo. *O* remus.

**N**ed ſpicias, omnipotens Deus, populum tuum in afflictione clamantem: ſed propter gloriam nominis tui, tribulatis ſuccurre placatus.

**I**neffabilem miſericordiam tuam, Domine, nobis clementer oſtende: ut ſimul nos & à peccatis omnibus exuas, & à pœnis, quas pro his meremur, eripias.

**C**oncede nos ſervulos tuos, quæſumus Domine Deus, perpetua mentis & corporis ſanitate gaudere: & glorioſa beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione, à præſenti liberari triftitia, & æterna perfrui lætitia.

**T**ribulationem noſtram, quæſumus Domine, propitius reſpice: & iram tuæ indignationis, quam juſtè meremur, averte.

**D**eus refugium noſtrum, & virtus: adeſto pijs Eccleſiæ tuæ precibus auctor ipſe pietatis, & præſta; ut quod fideliter petimus, efficaciter conſequamur. Per Dominum noſtrum IESVM Chriſtum, &c.

### Preces dicendæ in Proceſſione pro gratiarum actione.

**I**nitio Proceſſionis, vel in fine ubi terminatur Proceſſio, cantatur Hymnus, *T*e Deum laudamus &c.

Deinde dum Proceſſio durat, dici poterunt Pſalmi qui ſequuntur, prout tempus feret, videlicet: Pſalmus 65.

**I**ubilate Deo omnis terra, pſalmum dicite nomini ejus: &c. ex Matut. Fer. 4. Pſalmus 80. **E**xultate Deo adiutori noſtro &c.

&

& psalm. 95. Cantate Domino canticum novum, &c. ex Mat. ut. ser. 6. Item Psalm. 99. Iubilare Deo omnis terra: &c. psalm. 102. Benedic anima mea Domino: &c. ex Matut. Sabbathi. Psal. 116. Laudate Dominum omnes Gentes: &c. Psal. 148. Laudate Dominum de caelis, cum duobus sequentibus. Canticum. Benedicite omnia opera Domini Domino: &c. Canticum. Benedictus Dominus Deus Israel. &c.

Hæc autem prædicta, prout longitudo itineris postulaverit, vel omnia, vel ex parte cantari possunt. Deinde ad finem Processionis ante Altare dicuntur sequentes versus & Orationes. *V.* Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum. *R.* Et laudabilis, & gloriosus in sæcula. *V.* Benedicamus Patrem, & Filium cum sancto Spiritu. *R.* Laudemus, & superexaltemus eum in sæcula. *V.* Benedictus es Domine in firmamento caeli. *R.* Et laudabilis, & gloriosus, & superexaltatus in sæcula. *V.* Benedic anima mea Domino. *R.* Et noli oblivisci omnes retributiones ejus. *V.* Domine exaudi orationem meam. *R.* Et clamor meus ad te veniat. *V.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Oratio.

**D**eus, cujus misericordiae non est numerus, & bonitatis infinitus est thesaurus; piissimæ majestati tuæ pro collatis donis gratias agimus, tuam semper clementiam exorantes; ut qui petentibus postulata concedis, eosdem non deferens, ad præmia futura disponas.

**D**eus qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & de ejus semper consolatione gaudere.

**D**eus, qui neminem in desperantem nimium affligi permittis; sed piis precibus præstas aut datum: pro postulacionibus nostris, votisque susceptis gratias agimus, te piissime deprecantes, ut à cunctis semper muniamur adversis. Per Dominum nostrum, &c.

De

## De Processione in translatione sacrarum Reliquiarum insignium.

**E**cclesia, & via, per quos transeundum est, quam fieri potest decentius ornentur. Sacerdotes & ministri vestibus induti albi vel rubei coloris, prout Sancti, quorum Reliquia transferuntur, exposcunt, & cum luminaribus accensis, omnes procedant decantantes Litaniae cum invocatione Sanctorum, quorum Reliquia deferuntur, & Hymnum Te Deum, &c. & Psalmum, Laudate Dominum de caelis, cum duobus sequentibus, & alios Psalmos & Hymnos de proprio, vel de communi Sanctorum, quorum Reliquia transferuntur.

## Ordo recipiendi processionaliter Apostolicae Sedis Legatum, vel Episcopum proprium, aut ejus Suffraganeum.

**C**um Apostolicae Sedis Legatus, vel Episcopus proprius, aut ejus Suffraganeus Dioecesim & Parochias visitaturus, vel alia Pontificalia administraturus, ad Civitatem seu Oppidum aliquod pervenerit, Processio Cleri ex more loci ordinata cum cruce procedit illi obviam extra portam Urbis, & cum Legatus, vel Episcopus, aut Suffraganeus advenerit, Praelatus ejus loci indutus amictu, alba, cingulo, stola, pluviali, & mitra pretiosis, sive primam dignitatem habens, aut Parochus indutus superpelliseo, & pluviali, ubi habetur, decore offert venienti crucem osculandam, quam Legatus seu Episcopus vel ejus Suffraganeus ex equo, vel si maluerit descendens in terram super tapetem stratum genuflexus devotè osculatur. Tum Cantores incipiunt & prosequuntur Antiphonam.

Sacerdos & Pontifex & virtutum opifex, pastor bone in populo, sic placuisti Domino.

Vel dicatur Responsorium.

A a a

Ecce

Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo: \*  
 Ideo jurejurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam.  
 ¶. Benedictionem omnium gentium dedit illi; & testamentum  
 suum confirmavit super caput ejus. \* Ideo. Gloria Patri. \*  
 deo.

In porta autem Urbis Magistratus illius obviabit Legato,  
 vel Episcopo proprio, vel ejus Suffraganeo primò intranti, ac il-  
 lum benignè suscipiet, & associabit, ac baldachinum, ubi id  
 habetur, super eum deferet (secus est de Suffraganeo, super quem  
 baldachinum non deferretur) Incepta superiori Antiphona vel  
 Responso, Processio, quæ locum habere debet immediatè ante  
 Crucem Legati, nisi intersint Canonici Cathedralis Ecclesiæ, qui  
 soli possunt ire post Crucem Legati immediatè ante eum, ordine  
 suo progreditur, & cantantur post dictam Antiphonam, seu Re-  
 sponso, alia Cantica vel Hymni, prout magis placebit, us-  
 que ad Ecclesiam majorem seu principalem loci. Equitantes au-  
 tem omnes equitare debent ante Processionem, togati verò debent  
 Legatum, seu Episcopum, vel Suffraganeum sequi. Cum Episco-  
 pus, vel Legatus aut Suffraganeus descenderit, & intrat portam  
 majoris seu principalis Ecclesiæ, Prælati Ecclesiæ, seu majorem  
 dignitatem habens, vel Parochus, indutus, ut supra, detecto ca-  
 pite offert illi asperforium cum aqua benedicta, quod Episcopus  
 seu Legatus, vel Suffraganeus accipiens aspergit primò se ipsum,  
 deinde alios. Tum idem Prælati Ecclesiæ, seu primam digni-  
 tatem habens offert ei naviculam, aliquo alio Sacerdote superpel-  
 lico induto thuribulum porrigente, & Legatus seu Episcopus aut  
 Suffraganeus imponit incensum; & statim Prælati Ecclesiæ,  
 seu dignitatem habens, vel Parochus incensat ipsum Episcopum,  
 seu Legatum, aut Suffraganeum stantem cooperto capite, more  
 consueto. Deinde procedunt ad altare majus Ecclesiæ, & ibi  
 super faldistorio, aut in ejus defectum, super genuflexorio ante in-  
 firmum gradum Altaris parato, & tapete mundo tecto, procum-

bit,

bit, & orat Episcopus, aut Legatus, seu Suffraganeus. Interim vero Prelatus Ecclesie, seu dignitatem maiorem habens, vel Parochus stans in cornu Epistolae Altaris versus ad orantem delecto capite dicit:

✠. *Protector noster aspice Deus.* R. *Et respice in faciem Christi tui.* Cum omnibus sequentibus, si receptus sit Episcopus, vel Cardinalis Presbyter. Si verò sit Diaconus Cardinalis omisso versus precedente, dicit sequentes tantum.

✠. *Salvum fac servum tuum.* R. *Deus meus sperantem in te.* ✠. *Mitte ei Domine auxilium de Sancto.* R. *Et de Sion tuere eum.* ✠. *Nihil proficiat inimicus in eo.* R. *Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.* ✠. *Domine exaudi orationem meam.* R. *Et clamor meus ad te veniat.* ✠. *Dominus vobiscum.* R. *Et cum spiritu tuo.*

Oremus.

**O**Mnipotens sempiternae Deus, qui facis mirabilia magna solus, protende super hunc famulum tuum, & cunctas congregationes illi commissas, Spiritum gratiae salutaris, & ut in veritate tibi complacere, perpetuum ei rorem tuae benedictionis infunde. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Si verò novus Episcopus primò ad Ecclesiam suam veniens, recipitur: loco orationis praedictae dicitur.

Oremus.

**D**Eus omnium fidelium pastor & rector, famulum tuum quem Ecclesiae tuae praesse voluisti, propitius respice; da ei, quaesumus, verbo & exemplo, quibus praest, proficere: ut ad vitam una cum grege sibi credito perveniat sempiternam. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Si verò Episcopus proprius, vel ejus Suffraganeus visitet Parochias, aut Dioecesi, aut Pontificalia in aliquo loco administraturus advenerit, loco praedictarum orationum dicitur sequens.

Oremus.

Oremus.

Oratio.

**D**Eus humilium visitator, qui eos paterna dilectione consolatoris, prætende societati nostræ gratiam tuam; ut per eos, in quibus habitas tuum in nobis sentiamus adventum. Per Christum Dominum nostrum. *℞.* Amen.

Deinde Cantores cantant aliquam Antiphonam eis magis placentem de sancto Patrono Ecclesiæ cum versiculo de eodem Sancto. Et cum dicitur versiculus, surgens Legatus, vel Episcopus, aut Suffraganeus ascendit ad Altare, osculaturque illud in medio, deinde procedit ad cornu Epistola; ubi stans ad ipsum Altare versus cantat orationem de dicto sancto: deinde ad medium Altaris revertitur, ubi stans dat benedictionem solemnem populo, dicens: *Sit nomen Domini benedictum, &c.*

Quæ datâ facit promulgari per unum ex suis, sive ex beneficiatis Ecclesiæ Indulgentias, quas ipse interessentibus concedit: deinde Prælati Ecclesiæ & alij dimissis paramentis, associant illum ad diversorium suum.


Vbi verò Legatus, seu Episcopus, proprius aut ejus Suffraganeus Diocesim & Parochias visitans aliquem locum transit, & ad illum non divertit, pulsantur campanæ, tam diu, donec locum illum pertransiverit.


## L A V S D E O.



...dictione con-  
...nam ; ut per  
...atum. Per  
...com en mo  
...ricade de m  
...nus , vel b  
...ant que illu  
...uad iplo  
...de ad me  
...n solemnem  
...ic.  
...ve ex bene-  
...as concedat  
...allocant il  
...eius suffrag  
...transit , & ad  
...donec locum

A 9 R







Donnerstag.



Danksprache des Herrn. Und wenn ich mich an den Herrn  
Gnaden in bayrischer Dreyfalt Statt <sup>ihnen</sup> Erhöhen zuwenden,  
bis ich endlich Gott von seinen Seiten auflöse.  
Wollte der Zufall nicht von niemandem Erhöhen  
gefunden werden, so bitte ich um gültige Erhöhen.

Quercus & Castanea 8. 209

Muscivora 8. 307.

de profundis 8. 239.

Si iniquitely 8. 213.

Oratio \* 8. 218

"famulic' luci

Papae Gregorin